Ad secundum sic ꝓcedit. Uidet q̄ actio nō habeat bonitatē vl malitiā ex obiecto.obm.n.actionis est res:ī rebus aūt nō est malū: sz ī vsu peccātiū: vt Aug.dicit ī lib.tertio de doctrina xp̄iana: ergo actio humana nō hz bonitatē vel malitiaz ex obto. ¶Ꝑ. Obm compat ad actionem vt materia:bonitas autem rei nō est ex materia:sed magis est forma q̄ est actus: ergo bonum z malū nō est ī actibus ex obiecto.¶Ꝑ.Obiectū potentie actiue compat ad actionē sic effectus ad cām:sz bonitas cāe nō dependet ex effectu:sed magis ecōuerso:ergo actio humana nō hz bonitatē vel malitiā ex obto.¶Sed ꝓtra est qō dicit Osee nono. Facti sūt abominabiles sic ea que dilexerūt.fit aūt homo deo abominabilis ꝓpter malitiā sue opationis:ergo malicia opatiōis est fm obiecta mala que homo diligit: z eadem ratio est de bonitate actiōis.¶Rñ°.dām q̄ sic dictū est bonū z malum actionis sic z ceteraz rerū attendit ex plenitudie eēndi vl defectu ipi⁹: p̄mū autem qō a plenitudinē essendi ptinere videt: est id qō dat rei speciem:sic aūt res naturalis hz spēm ex sua forma:ita actio hz spēm ex obiecto:sicut z motus ex termino. z ideo sic p̄ma bonitas rei nālis attendit ex sua forma que dat spēm ei:ita z p̄ma bonitas actus mozalis attenditur ex obto ꝓueniēti. vñ z a gbusdam vocat bonuz ex genere: puta vti re sua.z sic in rebus nālibus p̄mū maluz est si res generata nō ꝓsequit formaz specificā:puta si nō generet hō: sed aligd loco hominis:ita p̄mū malū in actionibus mozalibus ē qō est ex obto: sic accipe aliena. z dicit malū ex genere:genere p specie accepto:eo modo loquēdi quo dicim⁹ humanū genus totam humanā spēz.¶Ad p̄mū ergo dōz q̄ lz res exteriores sint in seipsis bone: tñ nō semp hñt debitā ꝓportiōem ad hāc vel illā actiōem:z ideo iq̄tuz cōsiderant vt obta taliū actionū:nō hñt rationez boni.¶Ad scōm dām q̄ obm nō est mā ex qua:sz materia circa quā:z hz quodāmodo ratiōem forme inq̄tum dat spēm. ¶Ad tertiū dām q̄ nō semp obm actionis humane ē obz actiue potētie.nā appetitiua potētia est quodammō passiua iq̄tū mouet ab appetibili:z tñ ē p̄cipiū humanoz actuū:neq̄ etiam potentiaz actiuaz obiecta semp hñt rōnem effect⁹: sed quādo iā sunt transmutata:sicut alimentū trāsmutatū est effectus nutritiue potētie:sed alimētū nōdum trāsmutatū compat ad potentiā nutritiuā:sic mā circa quā opat: ex hoc aūt q̄ obm est aliquo mō effectus potētie actiue sequit q̄ sit terminus actiōis ei⁹:z p ꝓsequēs q̄ det ei formā z spēm:motus.n.hz spēm a termino:z q̄tuis etiaz bonitas actionis nō causet ex bonitate effectus: tamē ex hoc dicit actio bona q̄ bonū effectū inducere pōt::z ita ipsa ꝓportio actiōis ad effectum est ratio bonitatis ipsius.

Ad tertium sic ꝓcedit. Uidet q̄ actio nō sit bona vel mala ex circūstātia:circūstantie.n.circūstant actum sic extra ipsum existētes:vt dictum est:sed bonū z malū sūt in ipsis rebus:vt dicit ī.6.metaph. ergo actio nō hz bonitatē vel malitiā ex circūstātia.¶Ꝑ. Bonitas vel malicia actus maxime cōsideraī in doctrina moz:sed circūstantie cū sint q̄dam accidentia actuum vident esse ꝑter cōsiderationē artis:qz nulla ars ꝓsiderat id qō est p accidens:vt dicitur in.6.metaphy.ergo bonitas vel malicia actionis nō est ex circūstātia.¶Ꝑ. Id qō cōuenit alicui fm suā subam non attribuit ei per aliqō accidens:sz bonum z malū ꝓuenit actioni fm suam substātiaz:qz actio ex suo genere pōt esse bona vel mala:vt dictuz est: ergo nō ꝓuenit actiōi ex circūstātia q̄ sit bona vel mala.¶Sed ꝓ est qō p⁹s dicit in lib.ethi.q̄ vtuosus operat scōm q̄:z quādo oz:z fm alias circūstantias:ergo ex ꝓtrario vitiosus fm vnūqōq̄ vitium operat quando non oz: vbi non oportet:z sic de alys circunstantys: ergo actiones humane fm circūstantias sunt bone vel male.¶Rñ°.dām q̄ in rebus nālibus nō inuenit tota plenitudo ꝑfectiōis que debet ei ex forma substātiali que dat spēm:sed multum superaddit ex ꝓsequentibus accidentibus:sic in homine ex figura:ex colore: z sic de alys quoz si aliquod defit ad decentem beatitudinem cōsequit malum:ita etiam est in actione.nam plenitudo bonitatis eius nō tota cōsistit in sua substātia:sed aliquid addit ex bis que aduenīunt tāq̄ accidētia quedam:z huiusmodi sunt circūstantie debite:vnde si aliquid desit qō requirat ad debitas circunstantias erit actio mala.¶Ad p̄mū ergo dām q̄ circūstātie sunt tamē ipsa nem inq̄tum non sūt de essentia actionis: sunt tamē ipsa actione velut quedam accidentia eius:sicut z accidentia q̄ sunt in substātys naturalib⁹ sunt extra essentias earum.¶Ad scōm dām q̄ nō omnia accidentia p accidēs se hñt ad suam substātiam:sed q̄daz sūt p se accidentia que ī vnaquaq̄ arte considerantur:z p hūc modū considerant circūstantie actuum in doctrina mozali.¶Ad tertiū dām q̄ bonum conuertat cum ente:sic ens dicit fm substātiam z fm accidens: ita z bonum attribuit alicui z fm esse suum essentiale z scōm esse accidentale:tam in rebus naturalib⁹ q̄ in actionibus mozalibus.

Ad quartum sic ꝓcedit. Uidet q̄ bonum z malum in actibus humanis non sint ex fine:dicit.n.Dio.4.ca.de diui.no.Oz nihil respiciēs ad malum finem:dicit.n.Dio.4.ca.de diui.no.Oz nihil respiciēs ad malum luz opat.si igit ex fine deriuaret operatio bona vel mala: nulla actio esset mala:quod pz esse falsum.¶Ꝑ.Bonitas actus est aliquid in ipso exīs:finis aūt est causa extrinseca: non ergo fm finem dicit actio bona vel mala.¶Ꝑ.Contingit aliquā bonam operationem ad malum finem ordinari:sic cum aliquis dat elemosynam pp inanem gloriam:z econuerso aliquā malam operationē ordinari ad bonum finem:sic cum quis furatur vt det pauperi.non ergo est ex fine actio bona vel mala.¶Sed cōtra est qō Boetius dicit in topicis.Oz cuius finis bonus est:ipsum quoq̄ bonuz est:z cuius finis malus est:ipsuz quoq̄ malū est.¶Rñ°.dām q̄ eadem est dispositio rerum in bonitate z in esse.sunt enim quedam quoz esse ex alio non dependet: z in bis sufficit considerare ipsum eozum esse absolute. Quedam vero sunt quoruz esse dependet ab alio.vnde oportet q̄ cōsideretur per ꝓsiderationem ad causam a qua dependet.sic autez esse rei dependet ab agēte z forma:sic bonitas rei de

pendet a fine. vñ i personis diuinis que nō habēt bonitatē dependentē ab alio nō cōsideratur aliq̄ ratio bonitatis ex fine. actiones autez humane z alia quoz bonitas dependet ab alio habēt ratiōem bonitatis ex fine a quo dependent prēter bonitatem absolutam que in eis existit. Sic igit i actione humana bonitas quadruplex cōsiderari potest. Una q̄ dem fm genus: put. s. est actio: q2 quātum hz de actione z entitate: tātum hz de bonitate: vt dictum est. Alia vero fz spēm: que accipit fm obiectum cōueniens. Tertia fm circūstātias quasi fm accidētia quedam. Quarta aūt fm finē quasi fm habitudinem ad bonitatis causam. ¶ Ad pmū ergo dōz q̄ bonū ad quod aliqs respiciēs operat: nō semp est verū bonum: sed quādoq̄ verum bonū z quādoq̄ appa rens: z fm hoc ex fine sequit actio mala. ¶ Ad scōm dōm q̄ cuius finis sit causa extrinseca: tamē debita ꝓportio ad finem z relatio in ipsum inheret actioni. ¶ Ad tertiū dōz q̄ nihil ꝓhibet actiōi habēti vnam ꝑdictarum bonitatum deesse aliam. z fm hoc contingit actionem que est bona fz spēm suam vel fm circūstātias ordinari ad finem malum: vel ecōuerso. nō tamē est actio bona simplr nisi omnes bonitates cōcurrāt: q2 quilibet singularis defectus causat malū. bonū aūt causat ex integra cā: vt Dio. dic. 4. ca. de di. no.

Ad quintum sic ꝓcedit. Uidet q̄ actꝰ morales nō differāt specie fz bonū z malū. bonum. n. z malum in actibus inuenit cōfozmiter rebus: vt dictum est: sed i rebus bonum z malum non diuersificant speciē. idem. n. specie est homo bonus z malus. ergo neq̄ ēt bonum z malū in actibus diuersificant spēz. ¶ P̄. Malū est quoddam nō ens: sed nō ens nō potest esse differētia fm phm in. 3. metaphy. cum ergo differētia ꝓstituat spēm: videt q̄ aligs actus ex hoc q̄ est malus nō ꝓstituat in aliqua specie. z ita bonum z malū nō diuersificant spēm humanoz actuū. ¶ P̄. Diuersoz actuum fm speciē diuersi sūt effectus: sed idem specie effectus pōt ꝓsequi ex actu bono z malo: sic̄ homo generat ex adulterio z ex matrimoniali cōcubitu: ergo actus bonus z malus nō differūt specie. ¶ P̄. Bonū z malum dicit in actibus quādoq̄ fm circūstātiam: vt dictum ē: sed circūstātia cuz sit accidēs nō dat spēm actui. ergo actus humani nō differūt specie pp bonitatem z maliciam. ¶ Sed cōtra fm phm in. 2. ethi. Similes habitus: bonus z malꝰ differūt specie: vt liberalitas z pdigalitas. ergo z actus bonus z malus differūt specie. ¶ Rñ°. dōm q̄ omnis actus spēm hz ex fine obiecto: sicut supra dictum est. vñ oz q̄ aliqua differētia obiecti faciat diuersitatem speciei i actibus. Est aūt ꝓsiderandum q̄ aliq̄ differētia obiecti facit differētiam speciei i actibus fz q̄ referūt ad vnum ꝓncipium actiuū qō nō facit differētiam in actibus fm q̄ referunt ad aliud ꝓncipium actiuum: q2 nihil qō est per accidēs constituit spēm: sed solum qō est p se. potest aūt aliqua differētia obiecti esse p se in compatione ad vnum ꝓncipium: z p accidēs in cōpatione ad aliud: sicut cognoscere colozem z sonū per se differūt p compationem ad sensum: nō aūt p compationē ad intellectū. In actibus aūt bonum z malū dicit p compatiōem ad rationē: q2 vt Dio. dicit. 4. ca. de di. no. Bonum hominis ē fm rationē esse: malum aūt qō est ꝓter rationē: vnicuiq̄. n. rei est bonū qō cōuenit ei fz suā formā: z malū qō est ei ꝓter ordinē sue forme. pz ergo q̄ ōria boni z mali circa obiectū ꝓsidera ta comparant p se ad rōnem. s. fm q̄ obm est ei cōueniēs vel nō conueniēs. dñr aūt aliq̄ actus hūani vel morales fz q̄ sūt a rōne. vñ manifestū est q̄ bonū z malū diuersificāt spēm i actib⁹ moralib⁹. dīe. n. p se diuersificāt spēz. ¶ Ad pmū ergo dōm q̄ etiā in rebus nālibus bonū z malū qō ē fm nām z cōtra nām diuersificāt spēm nāe. corpus. n. mozt. tuū z corpꝰ viuū nō sūt eiusdē speciei. z simlr bonū iēctuz est fm rationē: z malū inēctuz ē ꝓter rōnē diuersificāt spēz mozis. ¶ Ad scōm dōm q̄ malū ipoztat ꝑuationē nō absolutā: sed ꝓsequētem talē potentiā. dī. n. malus fm suā spēz nō ex eo q̄ nullū hēat obm: sed q2 hz obm nō conueniēs ratiōi: sicut tollere aliena: vñ inēctum obiectū ē aliqd positiue: potest cōstituere spēm mali actus. ¶ Ad tertiū dōm q̄ actus coniugalis z adulteriū fm q̄ compant ad rationem differūt specie z habēt effectus specie differētes: q2 vnū eorum meret laudē z ꝑmiū: aliud vitupium z penā. fz fm q̄ compant ad potētiā generatiuā nō differūt speciē. z sic habēt vnū effectum fm spēm. ¶ Ad quartū dōm q̄ circūstātia qñq̄ sumit vt differētia essentialis obiecti fm q̄ ad rōnem compat: z tūc potest dare spēm actui mozali. z hoc oz esse qñcūq̄ circūstantia transmutat actum de bonitate in maliciam. non enim circunstantia faceret actum malum nisi per hoc q̄ rationi repugnat.

Ad sextum sic ꝓcedit. Uidet q̄ bonū z malū qō est ex fine nō diuersificēt spēm in actibus. actus. n. habēt spēm ex obiecto: sed finis est ꝓter rōnē obiecti. ergo bonū z malū qō est ex fine nō diuersificāt speciē actus. ¶ P̄. Id qō est per accidēs non constituit speciē vt dictū est: sed accidit alicui actui q̄ ordinet ad aliquē finem: sicut q̄ aliquis det elemosynā ꝓpter inanē gloriam: ergo fz bonū z malū qō est ex fine non diuersificāt actꝰ fz spēm. ¶ P̄. Diuersi actus fm spēm ad vnū finem ordinari pñt: sicut ad finē inanis glozie ordinari pñt actus diuersarum ꝑtutū z diuersoz vitioz. nō ergo bonū z malum qō accipit fm finem diuersificat spēm actuz. ¶ Sz ꝛ est qō supra ostēsum est: q̄ actus humani habēt spēm a fine: ergo bonū z malū qō accipitur fm finem diuersificat spēm actuū. ¶ Rñ°. dōm q̄ alig actus dicunt būani iquātum sunt voluntary: sicut supra dictū est: in actu aūt voluntario inuenitur duplex actus. s. actus iterioz volūtatis: z actus exterioz: z vterq̄ hoz actuū hz finez obiectuz. finis aūt ꝓprie ē obiectū interioris actus volūtary. id aūt circa qō est actio exterioz est obiectū eius. sicut igitur actus exterioz accipit spēz ab obiecto circa qō ē: ita actꝰ iterioz volūtatis accipit spēz a fine sicut a ꝓprio obiecto. id aūt qō est ex pte volūtatis sez hz vt formale ad id qō ē ex pte exterioris actus: q2 volūtas vtitur mēbris ad agendū sicut instrumētis: neq̄ actꝰ exteriores habēt rationē mozalitatis nisi inēctum sunt voluntary. z ideo actus humani spēs formaliter ꝓsiderant fm finem: mālr aūt fm obiectuz exterioris actus. vñ phs dicit i .5. ethi. Qz ille q̄ furat vt cōmittat adulteriū: est p se loquēdo magis adulter q̄z fur. ¶ Ad pmū ergo dōm q̄ finis hz rationē obiecti: vt dictū ē. ¶ Ad scōm dōm q̄ ordinari ad talē finē etsi accidat exteriori actui: nō tamē accidit actui interiori volūtatis: q ꝓpat ad exteriorē: sic̄ formale ad māle. ¶ Ad tertiū dōm q̄ quādo multi actus specie differentes ordinant ad vnū finē: est qdez diuersitas speciei ex pte exterioz actuū: sed vnitas speciei ex pte actus interioris.

Ad septimum sic ꝓcedit. Uidetur q̄ spēs bonitatis que est ex fine contineatur sub specie bonitatis que est ex obiecto: sic̄ species sub genere: puta cū aligs vult furari vt det elemosynā: actꝰ. n. hz spēz ex obiecto: vt dictū est: sz impossibile est q̄ aliquid cōtineatur i aliqua alia specie qō sub ꝓprio specie nō cōtinetur: q2 idem nō potest esse in diuersis speciebꝰ nō subalternis. ergo species q̄ est ex fine cōtinet sub specie q̄ est ex obiecto. ¶ P̄. Semp vltima differētia ꝓstituit spēm specialissimaz: sz differētia que est ex fine videt esse posterioz q̄z differētia q̄ est ex obiecto: q2 finis hz rationē vltimi: ergo spēs q̄ ē ex fine ꝓtinet sub specie q̄ ē ex obto: sic̄ spēs spālissima. ¶ P̄. Quāto aliqua differētia est magis formalis tāto magis est specialis: q2 differētia compatur ad genus vt forma ad materiam: sed species q̄ est ex fine est formalioz ea q̄ est ex obiecto: vt dictuz est: ergo species q̄ est ex fine ꝓtinetur

sub specie que est ex obto: sicut spēs specialissima sub gene re sub alterno. ¶ Sed ꝺ. cuiuslibet generis sunt determi nate dīe: sed actus eiusdez spēi ex pte obiecti pōt ad ifinitos fines ordinari: puta furtū ad infinita bona vel mala: g̃ spēs que est ex fine nō ꝓtinet sub specie q̃ est ex obiecto sic sub genere. ¶ Rñ°. dōz q obiectū exteriozis actus dupliciter pōt se habere ad finē volūtatis. Uno mō sic p se ordinatū ad ipsuz: sicut bene pugnare p se ordinat ad victoriā. Alio mō per accidens: sicut accipe rē alienā p accidens ordinat ad vandū elemosynā. Opz aūt vt pḧs dicit in. 7. metaphysice. Oz dīe diuidētes aliqō genus: z ꝓstituētes spēz illius generis: p se diuidāt illud. si autē p accidēs: nō recte ꝓcedit diuisio: puta siqs dicat: aīalium aliud rōnale: aliud irratiōale: z aīalium irrtiōalium: aliud alatū: aliud nō alatum. alatum. n. z nō alatuz nō sunt p se determinatiua eiº: qō est irrationale. Oportet aūt sic diuidere: aīalium aliud habēs pedes: aliud nō habens pedes: z habentium pedes aliud bz duos: aliud quattuoz: aliud multos: hec enim p se determināt prīozem differētiam. Sic igit quādo obiectū nō est per se ordinatum ad finem: differētia specifica que ē ex obiecto nō est per se determinatiua eius quod ē ex fine: nec ecōuerso. vñ vna istarum speciez nō est sub alia: sz tūc actus mozalis est sub duabus speciebus q̃si dispatis. vñ dicimus q ille qui furat vt mecheī: cōmittit duas malicias ī vno actu. Si vero obiectum p se ordinet ad finez: vna dictarum differētiaz est p se determinatiua alteriº: vñ vna istarum speciez ꝓtinebit sub altera. ꝓsiderādum autez restat que sub quia. ¶ Ad cuius euidētiā ꝑmo ꝓsideraduz ē: q quāto aliqua differētia sumit a forma magis ꝑticulari: tāto magis est specifica. Scōo q q̃to agēs est magis vle: tāto ex eo est forma magis vlis. Tertio q quāto aliquis finis est posterioz: tāto respōdet agēti vniuersalioz: sicut victoria que est vltimº finis exercitus: est finis itētus a summo duce: ordinatio aūt huius aciei vel illius est finis intētus ab aliquo inferioz ducuz. z ex istis sequit q differētia specifica que est ex fine: est magis generalis: z dīa q̃ est ex obiecto p se ad talem finem ordinato: est specifica respectu eius. volūtas. n. cuius ꝑprium obiectū est finis est vle motiuum respectu oīum potētiaz aīe: quarum ꝑpria obiecta sūt obiecta ꝑticularium actuū. ¶ Ad ꝑmū ergo dōm q fz subam suam nō potest aliquid esse ī duabus specieb°: quarum vna sub altera nō ordinet. sed fm ea q̃ rei aduenium pōt aliquid sub diuersis speciebus ꝓtineri: sicut hoc pomū fm colorē ꝓtinet sub hac specie. s. albi. z fm odorē sub specie bene redolētis. z simlr actus g fm substātiam suā est ī vna specie nāe: fz ꝓditiōes mozales supueniētes ad duas spēs referri potest: vt supra dictum ē. ¶ Ad ſcōz dōm q differētia compat ad genus vt forma ad māz iq̃tuz facit esse genº ī actu: sz ēt genus ꝓsiderat vt formaliº specie: fm q dīa compat ad genus: vt forma ad māz iq̃tuz facit esse absolutius z minus ꝓtractuz: vñ z partes diffinitionis reducunt ad genus cāe formalis: vt dicit ī lib. physico. z fm hoc genus est cā formalis speciei: z tāto erit formaliº q̃to cōius. ¶ Ad tertiū dōm q finis est postremū ī exercutione: sed est ꝑmum ī intētiōe ratiōis: fm quā accipiuntur mozalium actuum species.

Ad octauum sic ꝓceditur. Uidetur q nō sit aliquis actus indifferens scōm suam spēm: malū. n. est ꝓuatio boni fm Aug. sed ꝓuatio z habitº sūt opposita īmediata fm pḧm: ergo nō est aligs actus qui fm spēm suam sit indifferēs quasi mediū exñs inter bonū z malū. ¶ ꝑ. Actus humāi habēt spēm a fine vel obiecto vt dictū est: sz omne obiectū z oīs finis bz ratiōem boni vl mali: ergo oīs actus humanus fm suaz spēm est bonus vl malus. nullus ergo ē indifferēs fz spēz. ¶ ꝑ. Sicut dictū est: actus dr bonus q bz debitam ꝓfectiōem bonitatis: malus cui aligd de hoc deficit: sz necesse est q oīs actus vel habeat totā plenitudinē sue bonitatis vel aligd ei deficiat: g̃ necesse est q oīs actus fm spēm suā sit bonus vel malus z nullus idifferēs. ¶ Sz ꝺ est qō Aug. dicī lib. de ser. do. in mō. Oz sūt q̃dam facta media q̃ ꝑnt bono vel malo aio fieri: de qbus ē temerariū iudicare: sūt ergo aliq actus fz spēz suā idifferētes. ¶ Rñ°. dōz q sicut dictū ē: actus oīs habz spēm ab obiecto: z actus humanº q dr mozalis: hz spēm ab obiecto relato ad ꝓncipiū actiuum humanuz: qō est ratio vñ si obiectum actus īcludat aligd qō ꝓueniat ordini rationis erit actus bonus fm suam spēm: sicut dare elemosynā īdigenti. Si aūt īcludat aliquid qō repugnet ordini rationis erit malus actus fm spēm: sicut furari: quod est tollere aliena: cōtingit autē q obm actus nō includit aligd ꝓtinens ad ordinē ratiōis: sicut leuare festucā de terra: ire ad cāpum. ¶ Ad z hmōi. z tales actus fm spēz suam sūt indifferētes. ¶ Ad ꝑmū ergo dōm q duplex est ꝓuatio: q̃daz que ꝓsistit ī ꝓuato esse: z hec nihil reliquit: sed totū aufert: vt cecitas totaliter aufert visum: z tenebra lucē. z mozs vitā: z iter hāc ꝓuationem z habitū opposituz nō pōt esse aliqō medium circa ꝓ ꝓmū susceptibile. Est aūt alia ꝓuatio que ꝓsistit ī ꝓuato egritudo est ꝓuatio sanitatis: nō q tota sanitas sit sublata: sed q est q̃si q̃dam via ad totalē ablatiōem sanitatis q̃ fit p mortē. z ideo talis ꝓuatio cū aligd relinquat nō semp est īmediata cuz opposito situ: z hoc mō malū ē ꝓuatio boni: vt Simplicius dicit ī cōmēto sup libz o ꝑdicamētoz: qz nō totū bonū aufert: sed aligd reliquit. vñ pōt esse aliqō medium inter bonū z malū. ¶ Ad ſcōz dōz q oē obm vel finis bz aliquā bonitatē vel maliciā: saltem nāles: nō tñ semp portat bonitatē vl maliciā mozalē: que ꝓsideraī ꝑ oppationem ad ratiōem: vt dictū ē: z de hac nō agit. ¶ Ad ꝛ dōz q nō ꝓtinet ad ꝑmum ī speciei non ꝓtineat gcqd ꝑtinet ad plenitudinē bonitatis ipsius: nō ꝑp hoc ē ex spē sua malus: nec etiā bonus: sic dō fm suaz speciē neq virtuosus neq vitiosus est.

Ad nonum sic ꝓceditur. Uidet q aligs actus fz indiuiduū sit indifferēs. nulla. n. spēs est q̃ sub se nō ꝓtineat vel ꝓtinere possit aliqō idiuiduuz: sz aligs actus ē idifferēs fm suā spēm: vt dictū est: ergo videt q aligs actus idiuidualis pōt esse idifferēs: ¶ ꝑ. Ex indiuidualib° actib° causant habitus ꝓformes ipsis vt dicit ī. 3. ethi. ethi. sed aligs habitus est idifferēs. dicit. n. pḧs ī. 4. ethico. de qbusdam: sicut de placidis z ꝑdigis: q nō sūt mali: z nī ꝓstat q non sūt boni: cū rēcedāt a vtute: z sic sūt idifferētes fm habitū: ergo aliqui actus idiuiduales sunt idifferētes. ¶ ꝑ. Bonū mozale ꝑtinet ad vtutē: malus aūt mozalis ꝑtinet ad vitiū: sz ꝓtingit qñq q hō actuz g ex specie sua est idifferens nō ordinat ad aliquē finē vity vl vtutis: ergo cōtingit ad aliquē actum idiuidualē esse idifferētem. ¶ Sz ꝓtra est qō Bzeg. dicit ī q̃dam homil'. Ociosum vbum ē quod nō ꝓtra est qō Bzeg. dicit ī q̃dam homil'. Ociosum vbum ē quod nō vtilitate rectitudis: aut ratiōe iuste necessitatis: aut pie vtilitatis caret. sz vbū ociosuz est malū: qz de eo reddet hoies ratiōez ī die iudicy: vt dicit Mat. 12. Si aūt nō caret rōne iuste necessitatis aut pie vtilitatis est bonū aut malū: pari ergo ratione z qlibz alius actº vel est bonus vl malus: nullus ergo idiuidualis actº ē indifferēs. ¶ Rñ°. dōm q ꝓintegit qñq aliquē actū esse indifferētez fm spēm: qui tamē ē bonus vel malus ī idiuiduo ꝓsideratus: z hoc ideo: qz actº mozalis sicut dictū ē: nō solū bz bonitatē ex obiecto a quo hz spēm: sed etiam ex circūstātys que sunt quasi quedam accidentia: sicut aliquid ꝓuenit idiuiduo hominis fm accidētia idiuidualia qō nō ꝓuenit hoi fm rōnē spēi: z oz g̃ aliquis bet idiuidualis actus bēat aliquā circūstātiaz ꝑ quā trahatur ad bonū vl malū ad minus ex pte itētionis finis. cū. n. ratiōis sit ordinare: actus a ratione deliberatiua procedēs si nō sit ad debitum finez ordinatus: ex hoc ipso repugnat

rationi ꝛ habz ratiõem mali. Si vero ordinet ad debitum finem ꝓuenit cum ordine rationis: vñ habz ratiõem boni. necesse est autem q̃ vel ordinet: vel nõ ordinetur ad debitum finem. vñ necesse est oẽm actum hominis a deliberatiua ratiõe procedẽtem ī indiuiduo ꝓsideratum bonuz eẽ vel malum. Si autem nõ procedit a ratiõe deliberatiua: ſz ex quadam imaginatiõe: ſicut cum aliquis fricat barbam: vel mouet manum aut lapidem: talis actus nõ est proprie loquẽdo moralis vel humãus cum hoc habeat actus a ratiõe: ꝛ ſic erit indifferẽs quaſi extra genus moraliuz actuũ existens. ¶ Ad p̃mũ ergo dõm q̃ aliquem actum esse indifferẽtem ſcõm ſuam ſpeciẽ potest esse multipl̃r. Uno modo ſic: q̃ ex ſua ſpecie debeatur ei q̃ ſit indifferens: ꝛ ſic p̃ cedit ratio: ſed tamẽ iſto modo nullus actus ex ſua ſpecie ẽ indifferens. nõ enim est aliquod obiectum humani actus quod nõ poſſit ordinari vel ad malum vel ad bonum per finem vel circũſtãtiam. Alio modo potest dici indifferens ex ſua ſpecie: qz nõ habz ex ſua ſpecie q̃ ſit bonus vel malus. vñ per aliquod aliud potest fieri bon⁹ vel malus: ſicut homo nõ habz ex ſua ſpecie q̃ ſit alb⁹ vel niger. nec tamen habet ex ſua ſpecie q̃ non ſit albus aut niger. potest enim albedo vel nigredo ſuperuenire homini aliunde q̃z a principijs ſpeciei. ¶ Ad ſcõm dicẽdum q̃ philoſophus dicit illum eſſe malum ꝓprie qui est alys hominibus nociuus: ꝛ ſz hoc dicit prodigum nõ malum: qz nulli alteri nocet niſi ſibiipſi: ꝛ ſimiliter de omnibus alys qui nõ ſũt ꝓximis nociui. Nos aũt hoc dicimus malum cõmuniter omne quod est rationi recte repugnãs: ꝛ ſm hoc oĩs indiuidualis actꝰ est bonus vel malus: vt dictum est. ¶ Ad tertiuz dõm q̃ omnis finis a ratiõe deliberatiua intẽtus p̃tinet ad bonuz alicuius virtutis: vel ad malum alicuius vitij. nã hoc ipſuz quod aliquis agit ordinate ad ſuſtentationem vel quietez ſui corporis: ad bonum virtutis ordinatur in eo q̃ corpus ſuum ordinat ad bonũ virtutis. ꝛ idem p̃z in alys.

Ad decimum ſic proceditur. Uidetur q̃ circũſtãtia non poſſit ꝓſtituere aliquã ſpeciem boni vel mali actus. ſpecies enim actus est ex obiecto: ſed circũſtãtie differũt ab obiecto: ergo circũſtãtie non dant ſpeciem actus. ¶ ℙ. Circũſtãtie comparãtur ad actũ mozalem ſicut accidẽtia eius: vt dictum est: ſz accidẽs nõ ꝓſtituit ſpeciem: ergo circũſtãtia nõ ꝓſtituit aliquã ſpeciez boni vel mali. ¶ ℙ. Unius rei nõ ſũt plures ſpẽs: vni⁹ aũt actus ſũt plures circũſtãtie. ergo circũſtantia nõ cõſtituit actũ moralẽ ī aliqua ſpecie boni vel mali. ¶ Sed ℞. locus quadã ſpecie mali. furari enī aliquid de loco ſacro est ſacri legium: ergo circũſtãtia cõſtituit actum mozalem ī aliqua ſpecie boni vel mali. ¶ ℞ Rñ°. dõm q̃ ſicut ſpecies rerũ naturalium ꝓſtituũtur ex naturalibus formis: ita ſpecies moralium actuũ ꝓſtituũtur ex formis. put ſũt a ratiõe cõ: ut ex ſupradictis p̃z. qz vero natura determinata est ad vnum: nec potest eſſe proceſſus nature ī infinitum: ne eſſe est peruenire ad aliquã vltimam formã ex qua ſumatur differentia ſpecifica: poſtquã alia differentia ſpecifica eſſe non poſſit. ꝛ inde est q̃ in rebus naturalibus id quod ẽ accidẽs alicui rei: nõ potest accipi vt differẽtia conſtituens ſpeciem: ſed proceſſus ratiõis nõ est determinatus ad aliquod vnum: ſed quolibet dato potest vlterius procedere: ꝛ ideo quod ī actu vno accipitur vt circũſtãtia ſuperaddita obiecto: quod determinat ſpẽm actus: põt itez accipi a ratiõe ordinãte vt p̃cipalis cõditio obiecti determinantis ſpẽm actus: ſicut tollere alienum bz ſpeciem ex ratiõe alieni: ex hoc enim cõſtituitur ī ſpecie furti: ꝛ ſi ꝓsidereť ſuper hoc ratio loci vel tempozis: ſe habebit ī ratiõe circũſtãtie: ſed qz ratio etiam de loco vel tpe ꝛ de alys hmõi ordinare põt: ꝛ tingit cõditiõem loci circa obiectũ accipi vt cõtrariã ordini ratiõis: puta q̃ ratio ordinat iniuriam nõ eſſe faciẽdaz ī loco ſacro. vñ tollere aliqd alienũ de loco ſacro addit ſpecialem repugnãtiam ad ordinem ratiõis: ꝛ ideo locus q̃pus ꝓſiderabať vt circũſtãtia nũc ꝓſiderať vt p̃cipalis cõditio obiecti ratiõi repugnãs: ꝛ p̃ hũc modũ quãdocũq; alia circũſtãtia reſpicit ſpecialem ordinẽ ratiõis vel pro vł ꝓtra: oz q̃ circũſtãtia det ſpeciem actui mozali vł bono vł malo. ¶ Ad p̃mũ ergo dõm q̃ circũſtãtia ſm q̃ dat ſpeciẽ actui ꝓſideratur vt quedam ꝓditio obiecti: ſicut dictum ẽ: ꝛ quaſi quedam ſpecifica differẽtia eius. ¶ Ad ſcõm dõm q̃ circũſtãtia manẽs ī ratiõe circũſtãtie cum habeat rationem accidẽtis nõ dat ſpẽm: ſed iq̃tum mutatur ī p̃cipalẽ cõditiõem obiecti: ſm hoc dat ſpẽm. ¶ Ad tertiũ dõm q̃ nõ oĩs circũſtãtia ꝓſtituit actũ mozalem ī aliqua ſpecie boni vel mali: cũ nõ quelibet circũſtãtia impoꝛtet aliquã ꝓſonãtiaz vel diſſonãtiaz ad ratiõez: vñ nõ oz licet ſint multe circũſtãtie vnius actus q̃ vnus actus ſit ī plurib⁹ ſpẽbus: licz etiaz nõ ſit icõueniẽs q̃ vnus actus mozalis ſit in pluribus ſpeciebus mozis etiam diſperatis: vt dictũ est.

Ad vndecimum ſic p̃cedit. Uideť q̃ oĩs circũſtãtia pertinẽs ad bonitatẽ vel maliciã det ſpẽm actui: bonũ. n. ꝛ malũ ſũt differẽtie ſpecifice moraliũ actuum. qõ ergo facit differẽtiam ī bonitate vel malicia mozalis actus facit differre ſm differẽtiã ſpecificã: qõ est differre ſm ſpẽm: ſed id qõ addit ī bonitate vel malicia actus: facit differre ſm bonitatẽ ꝛ maliciaz: ergo facit differre ſm ſpẽz: ergo oĩs circũſtãtia addẽs ī bonitate vel malicia actus cõſtituit ſpẽm. ¶ ℙ. Aut circũſtãtia aduenies bz ī ſe aliquã ratiõez bonitatis vł malicie: aut nõ. Si nõ: nõ potest addere ī bonitate vel malicia actus: qz qõ nõ est bonũ nõ põt facere mai⁹ bonũ: ꝛ qõ nõ est malũ nõ põt facere mai⁹ malũ. Si aũt bz ī ſe rõnez bonitatis vł malicie: ex hocipſo bz quãdã ſpẽz boni vel mali: g̃ oĩs circũſtãtia augẽs bonitatem vł maliciã ꝓſtituit nouã ſpẽz boni vł mali. ¶ ℙ. Scõz Dio. 4. ca. de di. no. Malũ cãť ex ſingularib⁹ defectibus: q̃libet aũt circũſtãtia aggrauãs maliciam bz ſpãlem defectũ: ergo quelibet circũſtãtia bz nouã ſpẽm p̃cti: ꝛ eadem ratiõe quelibet augẽs bonitatez videť addere nouã ſpẽm boni: ſicut quelibz vnitas addita numero facit nouã ſpẽm numeri: bonũ. n. ꝓſtitit ī numero põdere ꝛ mẽſura. ¶ Sed ℞. magis ꝛ min⁹ nõ diuerſificãt ſpẽz: ſed magis ꝛ minus est circũſtãtia addẽs ī bonitate vel malicia: ergo nõ omnis circũſtãtia addẽs ī bonitate vel malicia ꝓſtituit actum mozalez ī ſpecie boni vel mali. ¶ ℞ Rñ°. dõm q̃ ſicut dictum est: circũſtãtia dat ſpẽm boni vł mali actui mozali: iquãtum reſpicit ſpecialez ordinẽ ratiõis: ꝓt̃ git aũt quãdoq; q̃ circũſtãtia nõ reſpicit ordinem ratiõis ī bono vł malo: niſi p̃ſuppoſita alia circũſtãtia a qua actus mozalis bz ſpẽm boni vel mali: ſicut tollere aliqd ī magna quãtitate vel parua nõ reſpicit ordinem ratiõis ī bono vel malo: niſi p̃ſuppoſita aliqua alia cõditiõe p̃ quã actus hẽat maliciã vel bonitatẽ: puta hoc qõ est eſſe alienuz: qõ repugnat ratiõi: vñ tollere alienum ī magna vel parua quãtitate nõ diuerſificat ſpẽm p̃cti: tamẽ põt aggrauare vel diminuere peccatũ. ꝛ ſimil̃r est ī alys malis vel bonis: vñ nõ oĩs circũſtãtia addẽs ī bonitate vel malicia variat ſpẽm mozalis actus. ¶ Ad p̃mũ ergo dõm q̃ ī his que intẽdũtur ꝛ remittũtur differẽtia ītẽſionis ꝛ remiſſionis nõ diuerſificat ſpeciem: ſicut quod differt ī albedine ſcõm magis ꝛ minus nõ differt ſcõm ſpeciem coloris: ꝛ ſimiliter quod facit diuerſitatem ī bono vel malo ſcõm intenſionem ꝛ remiſſionem: non facit differentiam mozalis actus ſcõm ſpeciem. ¶ Ad ſecundum dicendum q̃ circunſtãtia aggrauãs peccatum vel augens bonitatem actus quandoq; nõ habz bonitatem vel maliciam ſcõm ſe: ſed per ordinem ad aliã cõditionem actus: vt dictum est: ꝛ ideo nõ dat nouam ſpeciẽ:

sed auget bonitatē vel maliciā que ē ex alia ꝺditiōe actus. ¶ Ad 3m ꝺꝺz ꝙ nō quelibet circūstātia inducit singularē defectū ſm seipsam: sed soluz ſm ordinem ad aliqd aliud: ⁊ similiter nō supaddit nouam pfectionez nisi p compationē ad aliqd aliud: ⁊ pro tāto lz augeat bonitatem vel maliciam: non tamen semp variat speciem boni vel mali.

¶ Questio. XIX.

DEinde considerāduz est de bonitate actus interiorꝭ volūtatis. ¶ Et circa hoc querūtur decem. Primo vtrū bonitas volūtatis dependeat ex obiecto. Scōo vtr ex solo obiecto ꝺpendeat. Tertio vtrū depēdeat ex ratiōe. Quarto vtrū depēdeat ex lege eterna. Quīto vtrū ratio errās obliget. Sexto vtrum volūtas ꝺtra legē dei sequēs rōnē errātē sit mala. Septimo vtrū bonitas volūtatis ī his que sunt ad finē depēdeat ex intentiōe finis. Octauo vtrū q̄ſtitas bonitatis vl mali cie in volūtate sequatur quātitatez boni vel mali in ītētione. Nono vtrū volūtatis bonitas dependeat ex cōformitate ad voluntatē diuinā. x° vtrū necesse sit volūtatē humanā ꝺformari diuine volūtati ī volito ad hoc ꝙ sit bona.

Ad primum sic ꝓceditur. Uideť ꝙ bonitas voluntatis nō dependeat ex obiecto. volūtas.n. nō pōt eē nisi boni: qz malū ē ꝓter volūtatez: vt Dio. dicit. 4. ca. de di. no. Si igit bonitas volūtatis iudicaretur ex obto: sequereť ꝙ oīs volūtas eēt bona: ⁊ nulla eēt mala. ¶ P̄. Bonū p ꝓpius inuenitur in fine. vñ bonitas finis inq̄tū hmōi nō dependet ab aliquo alio: sed ſm pīm in. 6. ethico. Bona actio ē finis: lz factio nūq̄ sit finis: ordinať. n. semp sicut ad finez ad aliqd factū. ergo bonitas actus volūtatis non depēdet ex aliquo obiecto. ¶ P̄. Unūqōq̄ q̄le ē tale alterꝫ facit: sz obm volūtatis ē bonum bonitate nature: nō ergo pōt p̄stari volūtati bonitatē mozalē: mozalis ergo bonitas volūtatis non depēdet ex obiecto. ¶ Sed ꝺtra ē qō pīs dicit in. 5. ethi. Oz iustitia est ſm quā alig volūt iusta: ⁊ eadē ratione vtus ē ſm quā alig volūt bona: sed bona volūtas est que ē ſm vtutem. ergo bonitas volūtatis est ex hoc ꝙ aliquis vult bonū. ¶ Rñdeo dōm ꝙ bonū ⁊ malū sunt p se differētie actus volūtatis. nā bonū ⁊ maluz p se ad voluntatem ptinent: sicut verꝫ ⁊ falsuz ad rōnez: cuius actꝰ p se distinguitur differētia veri ⁊ falsi: put dicimus opinionē esse veram vel falsam: vñ volūtas bona ⁊ mala sunt actus differētes ſm spēm. differentia aūt speciei in actibus est ex obiecta: vt dictū est: ⁊ ideo bonū ⁊ malū ī actibus voluntatis ꝓpie attenditur ſm obiecta. ¶ Ad pmū ergo dōm ꝙ volūtas nō semp est veri boni: sz quādoq̄ est apparētis boni: qō qdem bz rōnem aliquā boni. non tamē simplr cōuenientis ad appetendū. ⁊ ꝓpter hoc actus volūtatis nō ē bonus semp: sed aliquādo malus. ¶ Ad scām dōm ꝙ quāuis aliqs actus possit esse vltimꝰ finis hominis ſm aliquē modū: non tamē talis actus ē actus volūtatis: vt supra dictuz est. ¶ Ad tertiū dōm ꝙ bonū per rōnez repsentať volūtati vt obm. ⁊ inq̄tuz cadit sub ordine rōnis ptinet ad genus mozis: ⁊ causat bonitatē mozalē ī actu volūtatis. rō. n. pncipiū est humanoꝝ ⁊ mozaliū actuuz: vt supra dictum est.

Ad secundum sic ꝓceditur. Uideť ꝙ bonitas volūtatis nō dependeat solū ex obiecto. finis. n. affinioꝝ est volūtati q̄ alteri potētie: sz actꝰ aliaꝝ potētiaꝝ recipiunt bonitatē nō solū ex obiecto: sz ēt ex fine: vt ex supradictis pz. ergo etiā actus voluntatis recipit bonitatez non solū ex obiecto: sz etiā ex fine. ¶ P̄. Bonitas actus non solū ē ex obiecto: sz etiā ex circūstātys: vt supra dictū est: sz ſm diuersitatē circūstātiaꝝ ꝓtingit eē diuersitatē bonitatis ⁊ malicie in actu volūtatis: puta ꝙ aliqs velit quādo ꝺz: ⁊ vbi ꝺz: ⁊ q̄tuz ꝺz: ⁊ quō ꝺz: vel put ꝺz: ergo bonitas volūtatis nō solū dependet ex obto: sz etiā ex circunstātys. ¶ P̄. Ignozātia circunstātiaꝝ excusat malicias voluntatis: vt supra habitū est: sz hoc non esset nisi bonitas ⁊ malicia voluntatis a circunstātys dependeret. ergo bonitas ⁊ malicia voluntatis dependet ex circūstātys ⁊ nō a solo obiecto. ¶ Sed ꝺ. ex circūstātys inquātū hmōi accꝰ non bz spēm: vt supra dictū ē: sz bonū ⁊ malū sunt specifice ꝺñie actus voluntatis: vt dictū est. ergo bonitas ⁊ malicia voluntatis nō dependēt ex circūstātys: sed ex solo obiecto. ¶ Rñ°. ꝺōm ꝙ in quolibz genere quāto aliqd ē pius tāto est simplicius: ⁊ in pauciozibus ꝺsistens: sicut pma corpora sunt simplicia. ⁊ ideo inuenimꝰ ꝙ ea que sunt pma in quolibet genere sunt aliquo mō simplicia: ⁊ in vno ꝺsistunt: principium aūt bonitatis ⁊ malicie humānoꝝ actuū est ex actu voluntatis. ⁊ ideo bonitas ⁊ malicia voluntatis ſm aliqd vnum attendiť: aliozuz vero actuuz bonitas ⁊ malicia pōt ſm diuersa attendi. illud aūt vnum quod est principium in quolibet genere: nō est per accidens: sed per se: qz omne qđ est per accidens reducit ad id quod est per se sicut ad principium. ⁊ ideo bonitas voluntatis ex solo vno illo dependet quod per se facit bonitatez in actu. s. ex obiecto ⁊ nō ex circunstantys que sunt quedam accidētia actus. ¶ Ad pmū ergo dōm ꝙ finis est obm voluntatis: nō autem aliaꝝ virium. vnde q̄tum ad actū voluntatis non differt bonitas q̄ est ex obiecto a bonitate q̄ est ex fine: sicut in actibus aliarum viriuz: nisi forte per accidens: put finis depēdet ex fine: ⁊ voluntas ex voluntate. ¶ Ad scōz dōm ꝙ ſuppositio ꝙ voluntas sit boni: nulla circūstātia potest eā facere mala. Quod ergo dicit ꝙ aliqs vult aliquod bonū quādo nō ꝺz: pōt intelligi dupl'r. Uno modo ita ꝙ ista circunstātia referať ad volitū: ⁊ sic voluntas nō ē boni: qz velle facere aliquid quādo nō ꝺz fieri: nō est velle bonū. Allo mō ita ꝙ referať ad actum volēdi: ⁊ sic impossibile est ꝙ aliquis velit bonum quādo non ꝺz: qz semp bō ꝺz velle bonū: nisi forte per accidens inq̄tuz aliqs volendo hoc bonū impediť: ne tunc velit aliquod bonū debitum: ⁊ tūc nō intendit malum ex eo ꝙ aliquis vult illud bonū: sz ex eo ꝙ non vult aliud bonum: ⁊ similiter dōm est de alys circūstātys. ¶ Ad tertium dōm: ꝙ circunstātiaꝝ ignozātia excusat malicias voluntatis ſm ꝙ circunstātie se tenent ex parte volūti: inquātum. s. ignozat circūstātias actus quē vult.

Ad tertium sic ꝓceditur. Uideť ꝙ bonitas volūtatis nō depēdeat a ratione. ꝓius. n. nō dependet a posteriozi: sed bonum per ꝓius pertinet ad voluntatem q̄ ad rationem: vt ex supradictis pz. ergo bonitas volūtatis nō dependet a ratione. ¶ P̄. Philosophus dicit in. 6. ethico. Oz bonitas intellectus practici est verū ꝺsorme appetitui recto: appetitus aūt rectus est voluntas bona: ergo bonitas rationis practice magis dependet a bonitate voluntatis q̄ ecōuerso. ¶ P̄. Mouens non dependet ab eo quod mouetur: sed econuerso: voluntas aūt mouet rationem ⁊ alias vires: vt supra dictū est: ergo bonitas voluntatis non depēdet a ratione. ¶ Sed ꝺ est quod ꝓpr larius dicit in. 10. de trī. Immoderata est omnis susceptaꝝ volūtatum pertinacia vbi nō rationi voluntas subiacet: sed bonitas voluntatis consistit ī hoc ꝙ nō sit immoderata: ergo bonitas voluntatis dependet ex hoc ꝙ sit subiecta rationi. ¶ Rñ°. ꝺōm ꝙ sicut dictum est: bonitas volūtatis ꝓprie ex obiecto dependet. obm autem voluntatis ꝓponitur ei per rationem: nam bonū intellectum est obiectum voluntatis ꝓprtiōatum ei. bonum autem sensibile vel imaginarium non est ꝓportionatum voluntati: sz appetitui sensitiuo: qz voluntas potest tendere in bonū vniuersale qō rō apphēdit. appetitus aūt sensitiuus nō tendit nisi ī bonū pticulare qō apprehēdit vis sensitiua. ⁊ iō bonitas volūtatis depēdet a rōne eo mō quo dependet ab obo.

¶ Ad primũ ergo dõm q̃ bonũ sub ratiõe boni.i.appetibi lis:p̃ pr̃ius pt̃inet ad volũtatẽ q̃ ad rõnẽ:ſz tamẽ p̃ pr̃ius pt̃i net ad rationẽ sub ratione veri q̃ ad volũtatẽ sub ratione appetibilis: qz appetitus voluntatis nõ põt esse ō bono ni ſi pr̃ius a ratiõe apprehẽdatur. ¶ Ad scõz dõm q̃ pl̃s ibi logtur de intellectu practico ſm q̃ ẽ cõſiliatiuus ⁊ rõcina/ tiuus eor̃ que sunt ad finem:ſic.n.pficitur p̃ prudentiam. In his aũt que sũt ad finem rectitudo rõnis cõſiſtit in con formitate ad appetitũ finis debiti:ſed tamẽ ⁊ ipſe appetit⁹ finis debiti p̃ſupponit rectã apprehẽſionẽ de fine que est p rõnem. ¶ Ad tertiũ dõm q̃ volũtas quodam mõ mouet rationem:⁊ ratio alio modo mouet volũtatem ex parte.ſ. obiecti vt supra dictum est.

Ad quartum sic p̃ceditur. Uidet q̃ bonitas vo lũtatis hũane nõ dep̃ẽdeat a lege eterna:vnius.n. vna est regula ⁊ mẽſura: ſed regula hũane nõ dep̃ẽdet bonitas volũtatis a lege eterna. ¶ P̃. Mẽſu/ ra ẽ homogenea mẽſurato:vt dr̃.io.metaphy. Sed lex eter ne nõ ẽ homogenea volũtati hũane:ergo lex eterna nõ põt esse mẽſura volũtatis humãe vt ab eo bonitas eius depen deat. ¶ P̃. Mẽſura dz esse certiſſima:ſed lex eterna est no bis ignota.ergo nõ potest esse noſtre volũtatis mẽſura: vt ab ea bonitas volũtatis noſtre dep̃ẽdeat. ¶ Sed ꝰ est q̃ Aug.dic̃.zz.lib.ꝰ Fauſtũ:Oz pct̃m est factũ vel ꝓcupitum aliq̃d ꝰ eternã legẽ:ſz malicia volũtatis est radix pct̃i.ergo cũ malicia bonitati opponat̃ bonitas voluntatis dependet a lege eterna. ¶ Rñ°. dõz q̃ in omnibus cauſis ordinatis effectus plus dep̃ẽdet a cauſa p̃ma q̃ a cã secũda: qz cauſa secũda nõ agit niſi i ṽtute p̃me cauſe. Oz ãt ratio hũana ſit regula volũtatis humane ex qua eius bonitas menſurer̃: bz ex lege eterna que est rõ diuina.vñ in p̃s dr̃. Multi dñt q̃ſi dicerẽt: lumẽ rõnis q̃ in nobis est: intãtum põt nobis oñdere bona:⁊ noſtram volũtatem regulare:inq̃tuz est lu mẽ vulⁱ tui.i.a vultu tuo deriuatũ. vñ mãifeſtũ est q̃ mul to magis dep̃ẽdet bonitas volũtatis humãe a lege eterna q̃ a ratione hũana.⁊ vbi deficit hũana rõ:oz ad rõnez eter nã recurrere. ¶ Ad p̃mũ ergo dõm q̃ vnius rei nõ sũt plu res menſure p̃rime:p̃nt tamẽ ee plures mẽſure:quar̃ vna sub alia ordinet̃. ¶ Ad scõm dõm q̃ mensura p̃rima est homogenea mẽſurato:nõ ãt mẽſura remota. ¶ Ad tertiũ dõm q̃ lz lex eterna ſit nobis ignota ſm q̃ est ī mẽte diui/ na:innotescit tamẽ nobis aliqualiter: vel p̃ rationẽ nãlem que ab ea deriuatur vt p̃pria eius imago: vel per aliqualẽ reuelationem superadditam.

Ad quintum sic p̃ceditur. Uidet̃ q̃ volũtas diſ cordans a rõne errãte nõ ſit mala: ratio.n.est regula volũtatis humãe inq̃tuz deriuat̃ a lege eterna:vt dictũ est:ſz ratio errãs nõ deriuat̃ a lege eterna: ergo ratio errãs nõ est regula volũtatis hũane. nõ est ergo volũtas mala ſi diſcordat a rõne errãte. ¶ P̃. Scõz Aug. iſeriozis ptãtis p̃ceptũ nõ obligat ſi cõtrarier̃ p̃cepto pote ſtatis ſupiozis.ſicut ſi p̃cõſul iubeat aliq̃d q̃ impator pro bibet:ſz rõ errãs q̃q̃ p̃ponit aliq̃d q̃ est ꝰ p̃ceptuz ſupio ris.ſ.dei cuius est ſũma ptãs:ergo dictamẽ rationis errãtis nõ obligat:nõ est ergo volũtas mala ſi diſcordet a rõne er/ rãte. ¶ P̃. Dis voluntas mala reducit̃ ad aliquã ſpẽz ma licie:ſed volũtas diſcordãs a rõne errãte nõ põt reduci ad aliquã ſpẽz malicie.puta ſi ratio errãs errat in hoc q̃ dicat esse fornicãdũ: volũtas eiꝰ q̃ fornicari nõ vult ad nullã ma liciam reduci potest.ergo volũtas diſcordãs a rõne errãte nõ est mala. ¶ Sed ⁊ra:ſicut ī p̃mo dictũ ẽ: cõſcia nihil aliud est q̃ applicatio ſcie ad aliquẽ actũ: ſcia aũt ī ratione est volũtas.ergo diſcordãs a ratione errãte est ⁊ra cõſciẽ tiam:ſed omnis talis volũtas est mala:dicit̃.n.Ro.14. Oẽ qõ nõ est ex fide peccatũ est.i.omne qõ est ⁊ra conſciam. ergo volũtas diſcordãs a ratiõe errãte est mala. ¶ Rñ°. dõm q̃ cum conſcia ſit quodãmodo dictamen rationis: ẽ .n.quedam applicatio ſcie ad actum: vt in p̃mo dictũ ẽ:idẽ est quererẽ vtrũ volũtas diſcordãs a ratione errãte ſit ma la:qõ q̃rere vtrũ conſcia errãs obliget. ¶ Circa qõ aliq̃ di/ ſtinxerunt tria genera actuum:quidam.n.ſũt boni ex gene re:q̃dam ſunt indifferẽtes:q̃dam ſũt mali ex genere. Dicũt ergo q̃ ſi ratio vel cõſcia dicat aliq̃d esse faciẽdũ qõ ſit bo num ex ſuo genere:nõ est ibi error: Siꝫ ſi dicat aliq̃d non esse faciendũ qõ est malum ex ſuo genere:eadem.n.ratiõe p̃ecipiuntur bona q̃ p̃hibent̃ mala: ſed ſi ratio vel cõſcia dicat alicui q̃ illa que ſũt ſm ſe mala homo teneat̃ facere ex p̃cepto:vel q̃ illa que ſũt ſm ſe bona ſũt p̃hibita:erit ra tio vel conſcia errãs:⁊ ſiꝫ ſi ratio vꝫ conſcia dicat alicui q̃ id qõ est ſm ſe indifferens:vt leuare feſtucã de terra ſit p̃/ hibitum vel p̃ceptum:erit ratio vel conſcia errãs. Dicũt ergo q̃ ratio vel conſcia errans circa indifferẽtia ſiue p̃re/ cipiẽdo ſiue p̃hibẽdo obligat:ita q̃ volũtas diſcordãs a ta li ratione errãte erit mala ⁊ p̃cñ: ſed ratio vel ꝓſcia errãs p̃recipiendo ea que sunt per ſe mala: vel p̃hibendo ea que ſũt per ſe bona ⁊ neceſſaria ad ſalutem:nõn obligat. vnde ī talibus voluntas diſcordans a ratione vel cõſcia errãte nõ est mala. Sz hoc irrationabiliter dicitur: ī indifferentibus enim volũtas diſcordans a ratione vel conſciẽtia errante est mala aliquo modo p̃pter obiectum a quo bonitas vel malicia volũtatis dependet.non autem p̃opter obiectum ſcm̃ ſui naturam:ſed ſcm̃ q̃ per accidẽs a ratione appre henditur vt malum ad faciẽdum vel ad vitãduz.⁊ qz obie ctũ volũtatis ẽ id quod p̃oponitur a ratione:vt dictum ẽ: ex quo aliquid p̃oponitur a ratione vt malum: voluntas dum in illud fertur accipit rationem mali:hoc autem con/ tingit nõ ſoluz ī indifferẽtibus:ſed etiam in per ſe bonis vꝫ malis:non ſolum eniz id qõ ẽ indifferẽs potest accipe ratio nem boni vel mali p̃ accidẽs: ſed etiam id quod est bonuz põt accipe rationẽ mali vꝫ illud quod ẽ malum rationẽ bo ni p̃opter apprehẽſionem rationis:puta abſtinere a forni/ catione bonum quoddam ẽ: tamẽ in hoc bonum non fert̃ volũtas:niſi ſm q̃ a ratione p̃ponitur: vt ſi g̃ p̃oñat̃ malũ a rõne errãte:fertur in hoc ſub ratiõe mali: vnde voluntas erit mala:qz vult malum:non quidem id quod ẽ malum p̃ ſe:ſz id quod est malum per accidẽs p̃opter apprehẽſionẽ rationis: ⁊ ſiꝫ credere in chriſtum ẽ p̃ ſe bonum ⁊ neceſſa/ rium ad ſalutẽ:ſz volũtas non fertur in hoc niſi ſm q̃ a ra tione p̃ponitur. vnde ſi a ratione p̃oponat̃ vt malũ volũ/ tas:feret̃ ī hoc vt malũ:non qz illud ſit malũ ſm ſe:ſz qz ẽ malũ p̃ accidẽs ex apprehẽſione rationis. ⁊ ideo pl̃s dicit in .7.ethi. Oz p̃ ſe loquẽdo incõtinens est qui non ſequit̃ rationẽ rectã: p̃ accidẽs aũt qui non ſequitur etiaz rationẽ falſam. Unde dõm q̃ ſimpl̃r oĩs volũtas diſcordãs a ratio ne:ſiue recta ſiue errante ſemp̃ est mala. ¶ Ad p̃muz ergo dõm q̃ iudicium rationis errãtis lz non deriuetur a deo:tñ ratio errãs iudiciũ ſuum p̃ponit vt verũ: ⁊ p̃ conſequẽs vt a deo deriuatum a quo ẽ oĩs vitas. ¶ Ad scõm dõm q̃ ver/ bum Aug.hz locuz quãdo cognoſcitur q̃ inferior poteſtas p̃cipit aliq̃d ⁊ra p̃ceptum ſupiozis ptãtis. Sz ſi aliq̃s cre/ deret q̃ p̃ceptum proconſulis eẽt p̃ceptum impatoris: ⁊tẽ nẽdo p̃ceptuz p̃conſulis ⁊tẽneret p̃ceptum impatoris. Et ſimiꝫr ſi aliquis homo cognoſceret q̃ ratio humana dicta/ ret aliq̃d ⁊ra p̃ceptum dĩ:non teneret̃ rationẽ ſequi:ſz tũc ratio non totaliter esset errãs:ſz quando ratio errans p̃ponit aliquid vt p̃ceptum dei:tũc idem ẽ ⁊tẽnere dictamẽ ratio nis ⁊ dei p̃ceptuz. ¶ Ad tertiũ dõm q̃ ratio quãdo app̃hẽ dit aliq̃d vt malũ semp̃ app̃hẽdit illud ſub aliq̃ rõne mali: puta qz p̃hibet̃ diuino p̃cepto: vꝫ qz est ſcandalũ: vel p̃ aliq̃ hmõi:⁊ tũc ad talẽ ſpẽz malicie reducit̃ tal' mala volũtas.

Ad sextum sic proceditur. Uidetur q̄ voluntas cōcordās rōni errāti sit bona. Sicut enim volūtas discordās a rōne tēdit in id quod rō iudicat malum. ita volūtas ꝯcordās rōni tēdit in id quod rō iudicat bonum: sed volūtas discordās a rōne etiam errāte est mala: ergo volūtas ꝯcordās rōni etiam errāti est bona. ¶ P̄. Uolūtas cōcordās precepto dei ⁊ legi eterne semp est bona: sed lex eterna ⁊ preceptum dei proponit nobis per apprehēsionem rōnis etiam errātis. ergo volūtas cōcordās etiam rōni errāti est bona. ¶ P̄. Uolūtas discordās a rōne errāte est mala. si ergo voluntas ꝯcordās rōni errāti sit etiam mala. videt q̄ omnis volūtas habētis rōnem errātez sit mala. ⁊ sic talis homo erit perplexus: ⁊ ex necessitate peccabit: quod est icōueniēs. ergo volūtas concordās rōni errāti est bona. ¶ Sed cōtra. Uolūtas occidētium apostolos erat mala: sed tamē cōcordabat rōni errāti ipsorum secūdum illud Joan. 16. Uenit hora vt omnis qui interficit vos arbitretur obsequium se prestare deo. ergo volūtas ꝯcordās rōni errāti potest esse mala. ¶ Rñdeo dōm q̄ sicut p̄missa questio eadem est cum qōne qua queritur vtrum ꝯscientia erronea liget: ita ista questio eadem est cū illa qua querit vtrum ꝯscientia erronea excuset. Dec autē questio dependet ab eo quod supra de ignorātia dcm ē. dcm ē. n. supra q̄ ignorātia quādoq̄ causat inuolūtariū quādoq̄ autem nō. Et q̄ bonum ⁊ malum morale ꝯsistit in actu iquātum est volūtarius: vt ex premissis pz. manifestum est q̄ illa ignorātia que causat inuolūtariū tollit rōnem boni ⁊ mali moralis. non autem illa que inuolūtariū nō causat. Dictum est etiam supra q̄ ignorātia que est aliquo modo volita siue directe: siue īdirecte: nō causat inuolūtarium. ⁊ sic dico ignorātiam directe volūtariam iquaz actus volūtatis ferī. Indirecte autem propter negligētiā ex eo q̄ aliquis nō vult illud scire q̄ scire tenet. vt supra dcm est. Si igit rō vel cōsciētia erret erroze volūtario vel directe: vel pp negligētiam. q̄ est error circa id q̄ gs scire tenet: tunc talis error rōnis vel cōsciētie nō excusat: quin volūtas cōcordās rōni vel ꝯsciētie sic errāti sit mala. Si autem sit error qui causat inuolūtarium proueniēs ex ignorātia alicuius circūstātie absq̄ omni negligētia: tunc talis error rōnis vel ꝯsciētie excusat vt volūtas ꝯcordans rōni errāti nō sit mala: puta si rō errās dicat q̄ homo teneatur ad vxorem alterius accedere: volūtas cōcordās huic rōni errāti ē mala: eo q̄ error iste ꝓuenit ex ignorātia legis dei quam scire tenet. Si autem rō erret in hoc q̄ credat alicz mulierem submissam esse suam vxorē: ⁊ ea petēte debitū velit eam cognoscere excusat volūtas eius vt nō sit mala: q̄ error iste ex ignorātia circūstātie ꝓuenit que excusat ⁊ inuolūtarium causat. ¶ Ad primū ergo dōm q̄ sicut Dionysius dicit. 4. cap̄lo de di. no. Bonū causat ex itegra causa: malū autem ex singularibus defectibus. ⁊ ideo ad hoc q̄ dicat malum id in quo ferī voluntas sufficit: siue q̄ p̄m suam nām sit malum: siue q̄ apprehēdat vt malum: ꝛz ad hoc q̄ sit bonum: requirit q̄ vtroq̄ modo sit bonum. ¶ Ad scōm dicēdum q̄ lex eterna errare nō potest: sed rō humana potest errare: ⁊ ideo volūtas ꝯcordas rōni humane nō semper est recta. nec semper est ꝯcordās legi eterne. ¶ Ad tertiū dōm q̄ sicut in sylogisticis vno icōuenienti dato necesse est alia seq̄: ita in moralibus vno icōuenienti posito ex necessitate alia sequuntur: sicut supposito q̄ aliquis querat inanem gloriam: siue propter inanem gloriaz faciat quod facere tenet. siue dimittat: siue faciat peccabit: nec tamē est perplexus: q̄ potest itētionem malam dimittere. ⁊ similr supposito errore rōnis vel ꝯsciētie qui procedit ex ignorātia nō excusante: necesse est q̄ sequatur malū in volūtate. nec tamen est homo pplexus. q̄ potest ab errore recedere cū ignorātia sit vincibilis ⁊ volūtaria.

causa autem interioris doloris est malum coniunctum qđ repugnat appetitui. dolor etiã exterior sequit apphensionẽ sensus: & specialr tact⁹. dolor aũt interior sequit apphensionẽ interiorẽ: vel imaginationis. s. vel ẽt rõnis. Si ergo cõparat cã interioris doloris ad cãm exterioris: vna per se pertinet ad appetitũ cui⁹ est vter q̃ dolor: alia vo p aliud. Nã dolor interior est ex hoc q̃ aliqd repugnat ipsi appetitui: exterior aũt dolor ex eo q̃ repugnat appetitui: qr repugnat corpori: sp aũt qđ est p se ẽ pri⁹ eo qđ est p aliud: vnde ex parte ista dolor interior pertinet dolori exteriori. Similr ẽt ex parte apprehensionis: naz apphensio rõnis & imaginationis altior q̃z apphensio sensus tact⁹: vñ simplr & p se loq̃ndo. dolor interior potior est q̃z dolor exterior: cui⁹ signũ est: q̃ etiã dolores exteriores aligs volũtarie suscepit: vt euitet interiorẽ: & iquantũ nõ repugnat dolor exterior interiori appetitui. fit quod ãmodo delectabilis & iocũdus interiori gaudio. qđq̃z tñ dolor exterior est cũ interiori dolore: & tunc dolor auget: nõ solũ. n. interior est maior q̃z exterior. sz ẽt vniuersalior. Quicqđ. n. ẽ repugnãs corpori: põt eẽ repugnãs interiori appetitui: & q̃cqđ apphendit sensu: põt apphendi imaginatione & rõne: sz nõ ouertit. Et ideo signãter in auctoritate adducta dicit. Dis plaga tristitia cordis est. qr ẽt dolores exterior plaga p̃ sub interiori cordis tristitia apphendũtur. ¶ Ad primum ergo dom q̃ dolor interior põt ẽt esse debis q̃ orianr vite. & sic ꝓparatio doloris interioris ad exteriorẽ nõ est accipiẽda fm diuersa mala q̃ sũt cã doloris: sz fm diuersam ꝓparationẽ hui⁹ cãe doloris ad appetitum. ¶ Ad scõm dom q̃ tristitia interior non ꝓcedit ex similitudine rei apphẽsa: sic ex cã: nõ. n. hõ tristat iteri⁹ de ipsa similitudine apphẽsa: sz de re cui⁹ est similitudo: q̃ qdẽ res tanto perfecti⁹ apphendit p aliq̃z similitudinẽ q̃to similitudo ẽ magis imãlis & abstracta. & iõ dolor interior p se loquẽdo ẽ maior tanq̃z de maiori malo existẽs: pp hoc q̃ interiori apphẽsione magis cognoscit malũ. ¶ Ad tertiũ dom q̃ imutatio ne magis corporales magis causant ex dolore exteriori: tum qr cã doloris exteriorꝭ est corrũpens coniunctuz corporalr: qđ exigit apphensio tact⁹: tũ ẽt qr sensus exterior ẽ magis corporalis q̃z sensus interior: sic & appetit⁹ sensitiu⁹ q̃z intellectiu⁹: & pp hoc vt supra dcm̃ est: ex motu appetit⁹ sensitiui magis q̃z ex dolore interiori.

Ad octauuz sic ꝓcedit. Uidet q̃ Damas. icõuenienter q̃tuor tristitie spẽs assignet q̃ sunt accidia: achos vel anxietas fz Grego. nice. misericordia & iuidia. Tristitia. n. delectationi opponit: sed delectatiõis nõ assignant alique spẽs. ergo nec tristitie spẽs debẽt assignari. ¶ p̃. Pnia est qđã spes tristitie: sil̃r ẽt nemesis & zelus: vt dic̃ phus in. z. rhetoricoꝝ: q̃ qdẽ sub his spẽbus nõ ꝓprehendunt. ergo ĩsufficiẽs ẽ ei⁹ pdicta diuisio. ¶ p̃. Dis diuisio dz eẽ p oppositа: sz pdicta nõ habẽt oppositionem adiuicẽ. Naz fm Grego. accidia est tristitia vocẽ putãs: anxietas vo est tristitia aggrauans: iuidia nõ ẽ tristitia in alienis bonis. misericordia aũt est tristitia in alienis malis. cõtingit aũt aliquẽ tristari: & alienis malis: & alienis bonis. & simul cũ hoc iterius aggrauari. & exteri⁹ vocẽ amittere. ergo pdicta diuisio nõ est ꝓueniens. ¶ Sz ꝯ est auctoritas vtriusq̃. s. Grego. niceni & Damas. ¶ Rñ⁹. dz q̃ ad rõnẽ spẽi ptinet q̃ se habeat ex additõe ad gen⁹. sz generi põt aliqd addi dupl̃r. Uno mõqđ p se ad ipm ptinet & virtute ꝓtinet in ipso sic rõnale additur aiali. & talis additio facit veras spẽs alicui⁹ generis: vt p phm pz in. 7. & 8. metaphisice. aliqd vo additur generi q̃si aliqd extraneũ a rõne ipsi⁹: sic si albũ aiali addat: vel aliqd hmõi: & talis additio nõ facit veras spẽs generis: fm q̃ cõiter loquimur de genere & spẽb⁹. Interduz tñ dr aliqd eẽ species alicui⁹ gñis pp hoc q̃ hz aliqd extraneũ ad qđ applicat generis rõ: sic carbo & flãma dicunt esse species ignis pp applicationem nature ignis ad mãm alienã. & simili mõ loquendi dñr astrologia & pspectiua species mathematice: quãtũ ꝓncipia mathematica applicant ad mãm nãlem. & hoc mõ loquendi assignant hic species tristitie p applicationem rõnis tristitie ad aliqd extraneũ. qđ qdem extraneũ accipi põt: vel ex parte cãe obi: vel ex parte effect⁹. ppriũ. n. obm tristitie est ppriuz malũ: vñ extraneũ obm tristitie accipi põt vel fm altez tñ. qz. s. est malũ: sz nõ ppriũ: & sic est misericordia q̃ est tristitia de alieno malo: iquãtũ tñ estimat vt ppriũ vel quãtũ ad vtrũq̃z. qz nec q̃z est õ ꝓprio: nec q̃z de malo: sz õ bono alieno: iquãtũ tñ bonũ alienũ estimat vt ppriũ maluz. & sic est iuidia. pprius aũt effect⁹ tristitie ꝓsistit in quadam fuga appetit⁹: vñ extraneũ circa effectũ tristitie põt accipi quãtuz ad altez tñ. qz. s. tollit fuga. & sic est anxietas q̃ sic aggrauat animũ: vt nõ appareat aliqđ refugiũ: vñ alio nomine dr angustia. Si vo i tãtũ ꝓcedat talis aggrauatio. vt etiã exteriora membra ĩmobilitet ab opere: qđ ptinet ad accidiã: sic erit extraneũ q̃tũ ad vtrũq̃z. qz nec ẽ fuga. nec est in appetitu. Ideo aũt spãlr accidia dr vocem amputare. qz vox iter omnes exteriores mot⁹ magis expr̃imit interiorem ꝓceptũ & affectũ nõ solũ in boĩbus: sed etiã in alijs aialib⁹: vt dr in p̃mo politicoꝝ. ¶ Ad p̃mum ergo dom q̃ delectatio causat ex bono qđ vno mõ dr. & ideo õlectationis nõ assignant tot species sic̃ tristitie: q̃ causant ex malo qđ multifariã ꝓtingit: vt dic̃ Dionysi⁹. 4. cap̃lo de di. no. ¶ Ad scõm dom q̃ pnia est de malo ppio qđ p se est obz tristitie. vñ non ptinet ad has species: & elus vo & nemesis sub ĩuidia ꝓtinent: vt ifra patebit. ¶ Ad tertiũ dom q̃ diuisio ista nõ sumit fm oppositiones specieꝝ: sz fm diuersitatem extranei ad q̃ trahit rõ tristitie: vt dcm̃ est.

¶ Questio. XXXVI.

Deinde considerãdũ est de causis tristitie. ¶ Et circa hoc q̃runt q̃tuor. ꝓmo vtr̃ cã doloris sit bonũ amissum: vel magis malũ coniunctũ. Scõo vtr̃ cõcupiscentia sit causa doloris. Tertio vtr̃ appetitus vnitatis sit causa doloris. Quarto vtrum potestas cui resisti non põt sit causa doloris.

Ad primum sic ꝓcedit. Uidet q̃ bonũ amissuz sit magis cã doloris q̃z malũ cõiunctum. dic̃. n. Augu. in lib. 83. q. Dulcissimũ dolorem esse de amissione bonoꝝ tẽporaliũ. eadem ergo rõne glibz dolor ex amissione alicui⁹ boni ꝓtingit. ¶ p̃. Supra dcm̃ est q̃ dolor qui õlectationi ꝓriat est de eodem de quo est delectatio: sz õlectatio est de bono: sic̃ supra dcm̃ ẽ. ergo dolor est p̃ncipalr de amissione. ¶ p̃. Scõs Augu. i 4. de ci. dei. Amor est cã tristitie: sic̃ & alioꝝ affectionũ aie: sz obm amoris est bonuz: ergo dolor vel tristitia magis respic̃ bonum amissuz q̃z malũ coniunctũ. ¶ Sz ꝯ est qđ Damas. dic̃ in z° libro q̃ expectatũ malũ timorẽ constituit: psens vo tristitiã. ¶ Rñ⁹. dom q̃ si hoc modo se haberent ꝓuationes in apphensione aie sic̃ se hñt i ipsis reb⁹: ista questio nulli⁹ momenti esse videret. malũ. n. vt i ꝓrio libro habituz est: est ꝓuatio boni: ꝓuatio aũt i rerum nã nihil est aliud q̃z carentia oppositi habit⁹. fm hoc ergo idem esset tristari de bono amisso: & de malo habito: sz tristitia est motus appetitus apphensionem sequentis. in apphensione aũt ipsa ꝓuatio hz rationem cuiusdaz entis: vñ dr ens rationis. & sic malũ cũ sit ꝓuatio se hz p modũ ꝓry. Et ideo q̃tuz ad motũ appetitiuũ differt: vtr̃ respiciat p̃ncipali⁹ malũ coniunctum: vel bonum amissum. Et qr motus appetitus aialis hoc modo se hz ĩ operibus aie sicut motus nãlis in rebus nãlibus: ex consideratione nãlium motuum veritas accipi potest. Si. n. accipiamus in motibus nãlibus accessum

ꝛ recessum: accessus per se respicit id quod est conueniens nāe: recessus aūt per se respic̄ id qō est ȝrium: sic̄ graue per se recedit a loco supiozi: accedit aūt nāl'r ad locū iferiozez. ȝz si accipiam⁹ cām vtriusq; mot⁹. s. grauitatē: ipsa grauitas p ꝑ̄us iclinat ad locum deozsum q̄ retrahat a loco sursum a quo recedit vt deozsum tēdat. Sic igī cū tristitia in motib⁹ appetitiuis se habeat p modū fuge vel recessus: delectatio aūt p modū ꝓsecutionis vel accessus. sic̄ ō delectatio p ꝑ̄i⁹ respic̄ bonū adeptū q̄si ꝓpriū obm: ita tristitia respicit malum coniunctū: ſz cā delectationis ꝛ tristitie. s. amoz p ꝑ̄i⁹ respic̄ bonum q̄ malū. Sic ergo eo mō quo obm est cā passionis: magis ꝓprie est cā tristitie vel dolozis malū coniunctū q̄ bonū amissum. ¶ Ad ꝑ̄mū ergo dō ȝ q̄ ipsa amissio boni apꝓhendit̄ sub rōne mali: sic̄ ꝛ amissio mali apꝓhendit̄ sub rōne boni. ꝛ iō Augu. dic̄ dolozem ꝓuenire ex amissione tēpoza liuz bonoꝝ. ¶ Ad scōm dō̄m q̄ delectatio ꝛ doloz ei ȝrius respiciūt idē: ſz sub ȝria rōne: nā si delectatio ē de ꝑsentia alicui⁹: tristitia est de absentia eiusdem. In vno aūt ȝrioꝝ icludit̄ ꝓuatio alterius: vt ꝑz in. io. metaꝓhisice. ꝛ ide est q̄ tristitia q̄ ē de ȝrio est quodāmō de eodem sub ȝria rōne. ¶ Ad tertiū dō̄m q̄ qñ ex vna cā ꝓueniūt multi motus. nō oz q̄ oēs ꝑncipalius respiciant illud quod ꝑncipalius respicit eam: sed ꝑimus tantum: vnusquisq; autez aliozum ꝑncipalius respicit illud quod est ei conueniens ſm ꝓpriam rōnem.

Ad secundum sic ꝓcedit̄. Uidet̄ q̄ ꝛcupiscētia nō sit cā dolozis seu tristitie Tristitia. n. ꝓ se respic̄ malū. vt dic̄ṁ est. ꝛcupiscētia aūt est mot⁹ gdā appetit⁹ i bonū: mot⁹ aūt q est i vnū ȝrium non est cā mot⁹ q respic̄ aliud ȝriū. ergo ꝛcupiscētia nō est causa dolozis. ¶ ꝑ̄. Doloꝝ ſm Damas. est de ꝑ̄ti: ꝛcupiscentia aūt est de futuro. ergo ꝛcupiscētia nō est cā dolozis. ¶ ꝑ̄. Ad qō p se est delectabile nō est cā dolozis: ſz ꝛcupiscētia est ſm seipsam delectabilis. vt ꝑbus dic̄ in ꝑmo rhetoꝛico ꝓ. ergo ꝛcupiscētia nō ē causa dolozis seu tristitie. ¶ Sz ȝ est qō Augu. dic̄ in ench. Subitrantib⁹ ignozātia agēdaꝝ rex: ꝛ ꝛcupiscētia noxiaꝝ: comites subinferunt erroꝛ ꝛ doloꝛ: ſz ignozātia ē cā erroꝛis. ergo ꝛcupiscētia est cā dolozis. ¶ Rñ⁹. dō̄m q̄ tristitia est mot⁹ gdā appetitiuus aialis: mot⁹ aūt appetitiuus bz sic̄ dcm̄ est. si. l. tudinē appetitus nālis: cui⁹ duplex cā assignari pōt: vna p modū finis alia sic̄ vnde ē ꝑncipiū mot⁹. sic̄ descensionis coꝛpozis grauis cā. sic̄ finis est locus deozsum. ꝑncipiū aūt mot⁹ ē inclinatio nālis q̄ est ex grauitate. Cā aūt mot⁹ appetitiui p modū finis est ei⁹ obm. ꝛ sic supra dcm̄ est: q̄ cā dolozis seu tristitie ē malū coniunctū. cā aūt sic̄ vnde ē ꝑncipiū talis motus ē iterioꝛ iclinatio appetit⁹. q. q. dē p ꝑ̄us iclinat̄ ad bonū ꝛ ex ꝓsequēti ad repudiādū malū ȝrium. ꝛ iō hmōi motus appetitiui ꝑ̄mū ꝑncipiū ē amoz q ē ꝑma iclinatio appetit⁹ ad bonū ꝓsequēdū. Scōm aūt ꝑncipiū ē odiū: qō ē iclinatio ꝑma appetit⁹ ad malū fugiēdū. ſz qz ꝛcupiscētia vel cupiditas est ꝑm⁹ effect⁹ amoꝛis quo maxie delectamur: vt supra dcm̄ est. iō frequēter Augu. cupiditatē vel cōcupiscētiam p amoꝛe ponit: vt supra dcm̄ ē. ꝛ hoc mō cōcupiscētia dic̄ cē vl'em cām dolozis: ſz ipsa cōcupiscētia ſm ꝓpriā rōnem ꝓsiderata ē iterdū cā dolozis: oē. n. qō ipedit motum ne ꝓueniat ad terminū: ē ȝrium motui: illud aūt qō ē ȝriū motui appetit⁹ ē ꝛtristans: ꝛ sic p ꝛ̄s ꝛcupiscētia fit cā tristitie: iquātū de retardatione boni cōcupiti vel totali ablatione tristamur. vl'is aūt cā dolozis cē nō pōt. qz magis dolem⁹ de subtractione bonoꝝ ꝑsentiū ī gbus iā delectamur q̄ futuroꝝ q̄ ꝛcupiscim⁹. ¶ Ad ꝑ̄mū ergo dō ȝ q̄ iclinatio appetit⁹ ad bonū consequenduz ē cā iclinationis appetit⁹ ad malū fugiēdū sic̄ dcm̄ ē. ꝛ ex hoc cōtingit q̄ mot⁹ appetitiui q respiciūt malū. ¶ Ad scōz dō̄m q̄ illud qō cōcupiscit ꝛ: si real'r sit futurū. ē tñ quodāmō ꝑsens iquātū sperat̄. Ul'pōr dic̄ q̄ ſz bonū concupitū sit futurū. tñ ipedimētū ꝑsential'r apponit̄ qō doloꝛē causat. ¶ Ad tertiū dō̄z q̄ cōcupiscētia ē delectabilis q̄diu manet spes adipiscēdi quod concupiscitur: sed subtracta spe per impedimentum appositum conꝛcupiscentia doloꝛem causat.

Ad tertium sic ꝓcedit̄. Uidet̄ q̄ appetit⁹ vnitatis nō sit cā dolozis. Dic̄. n. ꝑbus in io. ethico ꝓ. q̄ hec opinio q̄ posuit repletionē cē cām ōlectationis: ꝛ icisionē cām tristitie: videt̄ eē facta ex delectatiōl'bus ꝛ tristitijs q̄ sunt circa cibū: ſz nō ois delectatio vl'tristitia est hmōi. ergo appetit⁹ vnitatis nō ē causa vl'is doloꝛis: cū repletio ad vnitatem ꝑtineat: icisio vero multitudinem educat. ¶ ꝑ̄. Quelibz separatio vnitati apponit̄. si ergo doloꝛ causaret̄ ex appetitu vnitatis nulla separatio esset delectabilis: qō ꝑz esse falsum in separatione omnium fluoꝝ. ¶ ꝑ̄. Eadem rōne appetimus coniunctiones ꝛ remotionem mali: sed sicut coniunctio ꝑtinet ad vnitatē cum sit vnio quedam: ita separatio est ȝrium vnitati. ergo appetitus vnitatis nō magis dz poni causa dolozis q̄ appetitus separationis. ¶ Sed ȝ est qō Augu. dic̄ in. ȝ. de li. arbitrio q̄ ex doloꝛe quez bestie sentiunt satis apparet in regendis amādisq; suis coꝛpozibus q̄ sint anime appetentes vnitates: gd. n. ē aliud doloꝛ nisi quidam sensus diuisionis vel coꝛruptionis ipatiens. ¶ Rñ⁹. dō̄m q̄ eo mō quo cupiscētia vel cupiditas bonis est causa dolozis: etiā appetitus vnitatis vel amoꝛ causa. dolozis ponendus est: bonū enim vniuscuiusq; rei in quadam vnitate consistit: ꝑ. l. vnaquecq; res bz in se vnita illa ex q̄bus consistit eius ꝑfectio. vnde ꝛ platonici posuerūt vnum esse ꝑncipium sic̄ ꝛ bonum: vnde nāl'r vnūquodq; appetit vnitatem sic̄ ꝛ bonitatem: ꝛ ꝓp hoc sicut amoꝛ vel appetit⁹ boni ē causa: doloꝛis ita etiā amoꝛ vel appetitus vnitatis. ¶ Ad ꝑ̄mum ergo dicendū q̄ non oīs vnitio ꝑfic̄ rōnem boni: ſz solum illa a qua dependet esse ꝓfectum rei: ꝛ ꝓp hoc etiā nō cuiuslibz appetitus vnitatis ē causa dolozis vel tristitie: vt q̄dā opinabant̄: quoꝝ opinionem ibi ꝑbus excludit per hoc q̄ q̄dam repletiones non sunt delectabiles sicut repleti cibis nō delectant̄ ī ciboꝝ sumptione. talis. n. repletio siue vnio magis repugnaret ad ꝓfectionem esse q̄ ipm constituens. vnde doloꝛ non causat̄ ex appetitu cuiuslibz vnitatis: sed eius ī qua consistit ꝓfectio nāe. ¶ Ad scōm dō̄z q̄ separatio ꝑt esse delectabil'vel iquātum remouet̄ illud qō ē ȝrium perfectioni rei: vel iquantum separatio habz aliquā vnionem adiunctam: puta sensibil'ad sensum. ¶ Ad tertium dō̄m q̄ separatio nociuoꝝ ꝛ cozrumpentium appetitur iquantum tollunt debitam vnitatem: vnde appetitus hmōi separationis non est ꝑma causa dolozis: sed magis appetitus vnitatis.

Ad quartum sic ꝓcedit̄. Uidet̄ q̄ potestas maioꝛ non debz poni causa dolozis. qō. n. est ī potestate agentis nondum est ꝑsens sed futurus. doloꝛ aūt ē de malo ꝑsenti. ergo ꝓtās maioꝛ nō ē causa doloꝛis. ¶ ꝑ̄. Nocumentum illatum est causa doloꝛis: sed nocumentū pōt iferri ēt a potestate minoꝛe. ergo ꝓtās maioꝛ nō dz poni causa doloris. ¶ ꝑ̄. Lause appetitiuoꝝ motuum sunt ꝛiteriores iclinationes aie: potestas aūt maioꝛ ē aliqd exterius. ergo nō dz poni causa dolozis. ¶ Sed ȝ ē qō augu. dic̄ i libro ō nā boni. In animo doloꝛem facit̄ ꝓtas resistens potestati maioꝛi in coꝛpoꝛe doloꝛem facit sensus resistens coꝛpoꝛi potētioꝛi. ¶ Rñ⁹. dō̄m q̄ ꝓpria dcm̄ est: malum coniunctum est causa doloris vel tristitie per modum obi: Jd ergo quod est causa coniunctionis mali dz poni causa doloris vel tristitie. manifestum est aūt hoc esse contra iclinationem appetitus: vt malum ꝑsentia liter ibereat. quod autem est contra iclinationem alicuius

nunquam aduenit ei nisi per actionem alicuius fortioris. ꝛ ideo ptās maior ponit esse cā dolozis ab Augu. Sz scien dū est ꝙ si ptās fortior itrī iualescat ꝙ mutet ꝺriam iclina tionē in iclinationē ꝑpriam: iā nō erit aliq repugnātia vel violētia: sic qñ agens fozti⁹ cozrūpendo cozp⁹ graue aufert ei iclinationē qua tēdit deozsum: ꝛ tūc ferri sursum nō ē ei violētum: sz nāle. Sic igit si aliq ptās maior intrī inuale scat ꝙ auferat iclinationē volūtatis vel appetitus sensitiui ex ea nō sequit dolor vel tristitia: sz tūc soluz sequit qñ re manet inclinatio apppetit⁹ in ꝺrium: ꝛ ide est ꝙ Augu. dic ꝙ volūtas resistens ptāti fortiozi causat dolorē: si. n. nō re sisteret: sz cederet ꝺsentiendo: nō sequeret dolor: sz ōlecta tio. ¶ Ad pmū ergo dōm ꝙ maior potestas dolorem cau sat. nō ꝑm ꝙ ē agens in potētia: sz ꝑm ꝙ ē agens actu: dū. s. fac coniunctionē mali cozruptiui. ¶ Ad scōm dōm ꝙ ni hil ꝓhibz aliquā ptātem q̄ nō ē maior simplr eē maiorem q̄tum ad aliqd: ꝛ ꝑm hoc aliqō nocumentū iferre pñt. Si aūt nullo mō maior esset: nullo mō posset nocere: vñ non agentia pñt esse causa motuz appetitiuoꝝ iquātum cānt ꝑsentiā obi. ꝛ hoc modo ptās maior ponit cā dolozis.

¶ Questio. XXXVII.

Deinde considerandu z ē de effectibus dolozis vel tristitie.

¶ Et circa hoc querunt q̄tuor. ⁊Primo vtrꝝ dolor auferat facultatē adiscēdi.

Scōo vtrꝝ aggrauatio animi sit effect⁹ tristitie vel dolozis. Tertio vtrum tristitia vel dolor debilitet omnem opera tionem. Quarto vtrum tristitia noceat cozpozi magis q̄ alie passiones anime.

Ad primum ergo sic ꝓcedit. Uidet ꝙ dolor nō auferat facultatem adiscēdi. Dr. n. Esa. 26. Cū feceris iudicia tua ī terra: iustitiā discēt oēs ha bitatozes orbis: ꝛ ifra. In tribulatiōe murmuris doctrina tua eis: sz ex iudicijs dei ꝛ tribulatione sequit dolor seu tri stitia ī cozdib⁹ hominū. ergo dolor vel tristitia nō tollit: sz magis auget facultatē adiscēdi. ¶ ⁊. Esa. 28. dr. Quē do cebit sciam. ꝛ quē iielligere faciet auditū. Ablactatos a cte aunlsos ab yerib⁹. i. a delectationib⁹: sz dolor ꝛ tristi tia maxie tollūt delectationes: ipedit. n. tristitia oēm dele ctatōez: vt dr ī. 7. ethicoꝝ. Et Ecclesia. ii. dr Quod malitia ozt obliuionē fac luxurie maxime. ergo dolor nō tollit: sed magis ꝓbet facultatem adiscendi. ¶ ⁊. Tristitia iterioz peminet dolozi exteriozi: vt supra dcm ē: sed simul cū tri stitia pōt homo adiscere. ergo multo magis simul cū dolo re cozpozali. ¶ Sed ɔ̄ ē qđ Augu. dic ī pmo soliloquioꝝ. Quanꝯ acerrimo dolore dentiū his diebꝰ torquerer. non quidem sinebar animo voluere nisi ea que iā forte adiscerā adiscendo aūt penit⁹ ipediebar: ad qđ mihi tota itētōe ani mi opus erat. ¶ Rñ°. dōz ꝙ qz oēs potentie anime ī vna essentia aie radicant: necesse ē ꝙ qñ itentio aie vehemen ter trahit ad opationem vnius potētie retrahat ab opera tione alteri⁹. vnius. n. anime nō pōt esse nisi vna itentio. ꝛ ꝓp hoc si aliqd ad se trahat totā itentionem anime vt ma gnā partem ipsi⁹: nō ꝓpatit secū aliqd aliud qđ magnā at tentionē regrat. manifestū ē aūt ꝙ dolor sensibilis maxie trahit ad se itentionem aie. qz naturalr vnumqꝛ qꝛ tota in tentione tendit ad repellendū ꝺrium sic etiā ī reb⁹ nālib⁹ apparet. Sicr ēt manifestū ē ꝙ ad adiscendū aliqd de no tio regrit studiū: ꝛ conat⁹ cū magna itentione. vt pz ꝑ illō qđ dr ꝓuer. z. Si quesieris sapiam q̄si pecuniam: ꝛ sic the sauros effoderis eam: tūc itelliges disciplinā. Et iō si sit do lor itensus. ipedit homo ne tūc aliqd adiscere possit. ꝛ tñ ēt qđ ꝑus sciuit. in hoc tñ attendit diuersitas ꝑm diuersita tem amoris quā homo hz ad adiscendum vel considerandum. qz quāto maior fuerit: magis retinet itentionem animi ne oio ferat ad dolorem. ¶ Ad pmum ergo dōm ꝙ tristitia moderata q̄ excludit euagationem animi pōt ꝺferre ad disciplinaz suscipiendā. ꝛ pcipue eoꝝ per que hō sperat se posse a tristitia liberari. ꝛ hoc modo in tribulatione mur muris hoies doctrinā dei magis recipiūt. ¶ Ad secūdum dōm q̄z tā delectatio q̄z dolor iquātū ad se trahūt aie iten tionē: ipediūt ꝺsiderationem rōnis: vñ ī. 7. ethicoꝝ dr: ꝙ ī possibile ē ī ipsa delectatione venereoꝝ aliqd itelligere: sz tñ magis trahit ad se itētionem aie dolor q̄z delectatio: sic ēt videm⁹ ī reb⁹ nālib⁹. ꝙ actio corporis nālis magis iten dit ī ꝺrium sic aqua calefacta magis patit a frigido vt for tius congelet. Si ergo dolor seu tristitia fuerit moderata p accns pōt cōferre ad adiscendū iquātū aufert supabun dantiā ōlectationum: sed p se ipedit. ꝛ si itendat totalr au fert. ¶ Ad tertiū dōm ꝙ dolor exterior accidit ex lesione corporali: ꝛ ita magis hz trāsmutationē corporalem adiū ctā q̄z dolor iterior: ꝙ tñ est maior ꝑm illud qō est formale ī dolore qō ē ex parte aie. ꝛ iō dolor corporalis magis ipe dit contēplationem q̄ regrit omnimodā getem q̄z dolor ī terior. ꝛ tñ etiā dolor iterior si multū itendat ita trahit in tentionem vt nō possit hō de nouo aliqd adiscere. vnde ꝛ Grego. pp tristitiā itermisit Ezechielis expositionem.

Ad secundum sic ꝓcedit. Uidet ꝙ aggraua tio nō sit effect⁹ tristitie. Dic. n apostolus. z. ad Lor. 7. Ecce hoc ipz cōtristari vos ꝑm deū q̄tam ī vobis operat solicitudinē defensionem idignatio nem ꝛc. sz solicitudo ꝛ idignatio ad quādā erectionem ani mi ptinēt. q̄ ad aggrauationem opponit: nō ergo aggraua tio est effect⁹ tristitie. ¶ ⁊. Tristitia delectatiōi opponit sz effect⁹ delectationis est dilatatio: cui nō opponit aggra uatio: sz cōstrictio. ergo effect⁹ tristitie nō ꝺz poni aggraua tio. ¶ ⁊. Ad tristitiā ptinet absorbere vt pz ꝑ illud quod apostolus dic. z. ad Lor. z. Ne forte abundantior tristitia absorbeat ꝙ est eiusmodi: sz qō aggrauat nō absorbet: gn imo sub aliquo pōderoso depmit: qō aūt absorbet ifra ab sorbēs icludit. ergo aggrauatio nō ꝺz poni effect⁹ tristitie ¶ Sz ɔ̄ ē ꝙ Gregori⁹ nicen⁹ ꝛ Damas. ponūt tristitiam ag grauātem. ¶ Rñ°. dōm ꝙ affectus passionū aie qñq̄ me taphorice nominant ꝑm silitudinez sensibiliū corpoꝝ. eo ꝙ mot⁹ appetit⁹ aialis sunt silꝭ icliationib⁹ appetit⁹ nā lis: ꝛ p hūc modū feruor attribuit amori. dilatatio ōlecta tioni: ꝛ aggrauatio tristitie. Dr. n. hō aggrauari ex eo ꝙ ali quo pōdere ipedit a ꝓprio motu: manifestum ē aūt ex ꝑdi ctis ꝙ tristitia ꝛtingit ex aliquo malo ꝑsenti: qō qdem ex hoc ipso ꝙ repugnat motui voluntatis aggrauat animum iquātum ipedit ipm ne fruat eo qō vult. Et si qdem non sit tāta vis mali ꝛtristātis vt auferat spem euadēdi. lz ani mus aggraueť q̄tum ad hoc ꝙ in ꝑsenti nō potit eo quod vult: remanet tñ mot⁹ ad repellendū nociuū ꝛtristās. Si vo superexrescat vis mali itrī: vt spem euasionis excludat tūc simplr ipedit etiam iterioz motus animi angustiati vt neq̄ hac: neq̄ illac diuertere valeat: ꝛ qñq̄ ēt ipedit exte rior mot⁹ corporis: ita ꝙ remaneat hō stupidus ī seipso. ¶ Ad pmū ergo dōm ꝙ illa erectio animi ꝓuenit ex tristi tia q̄ ē ꝑm deū pp spem adiūctā de remissione peccati.

¶ Ad scōm dōm ꝙ q̄tum ad motū appetitiuū ptinet ad idē refert ɔstrictio ꝛ aggrauatio. ex hoc. n. ꝙ aggrauat ani mus: vt ad exteriora libere ꝓgredi nō possit ad seipz retra hit q̄si ī seipso ɔstrict⁹. ¶ Ad tertiū dōm ꝙ tristitia absor bere hoiem ꝺr qñ sic totalr vis ꝛtristātis mali affic aiam vt oēm spem euasiōis excludat: ꝛ sic ēt eodē mō aggrauat ꝛ absorbet. quedaz. n. se consequunt in his que metaphori ce dicuntur que sibi repugnare videntur si secundu z pro prietatem accipiantur.

Ad tertium sic ꝓceditur. Uidetur ꝙ tristitia nō ipediat oēm opationem. Sollicitudo .n. ex tristitia causat: vt ps p auctoritatē apli inductā: sz sollicitudo adiuuat ad bñ opandum. Uñ apostolus dic̄ 2. ad Thimoth. 2. Sollicite cura te ipm exhibere opariuz icōfusibilem. ergo tristitia nō ipedit opationem: sz magis adiuuat ad bñ opandū. ¶ P̄. Tristitia causat i multis cōcupiscētias: vt dr̄ i. 7. ethycoꝝ: sz ꝛcupiscētia fac̄ ad itensionem opationis. ergo ⁊ tristitia. ¶ P̄. Sic̄ q̄daz opationes ꝓprie sunt gaudētiū: ita ēt q̄dam opatiões his q ꝛtristant sic̄ lugere: sed vnūqōq; augeat ex sibi conuenienti. ergo alique opationes nō ipediunt: sz meliorant pp tristitiam.

¶ Sed ɔ̄ est qō pbus dic̄ i. 10. ethicoꝝ: ꝙ delectatio pficit opationem: ⁊ ecōuerso tristitiā ipedit. ¶ Rñ. dōm ꝙ sic̄ iam dctm ē: tristitia qñq; nō ita aggrauat vel absorbet animū: vt oēm motū iteriorē ⁊ exteriorem excludat: sz aliqui mot⁹ qñq; ex ipsa tristitia causant. Sic ergo opatio ad tristitiaz dupl'r pōt ꝓparari. Uno mō sic̄ ad id de quo ē tristitia: ⁊ sic tristitia quālibz opationē ipedit. nunquaz. n. illud qō cū tristitia facim⁹: ita bñ facimus sic̄ illud qō facim⁹ cū delectatione vel sine tristitia: cui⁹ rō est. qz volūtas ē causa opationis hūane: vñ qñ opatio ē de qua aligs cōtristat: necesse ē ꝙ actio debilitet. Alio mō cōparat opatio ad tristitiam sic̄ ad ꝑncipiū: ⁊ ad cām. ⁊ sic necesse ē ꝙ opatio talis ex tristitia augeat. sic̄ q̄to aligs magis tristat de re aliqua. tāto magis conat adexpellendū tristitiā: dūmodo remaneat spes expellendi: alioquin nullus motus vel operatio ex tristitia causaret. Et p hoc ps rñsio ad obiecta.

Ad quartum sic ꝓcedit. Uidet ꝙ tristitia non iferat maxime cozpori nocumentuz: tristitia. n. hz esse spūale i aīa: sz ea q̄ hūt tm̄ esse spūale nō causant trāsmutationē cozpozalem sic̄ ps de itēsionib⁹ coloꝝ q̄ sunt in aere a qbus nullū cozp⁹ colozat. ergo tristitia nō facit aliqō cozpozale nocumētū. ¶ P̄. Si fac̄ aliqō cozpozale nocumētū hoc nō ē nisi iquātuz hz cozpozalem trāsmutationē adiunctā: sz cozpozalis trāsmutatio inuenit in oib⁹ aīe passionib⁹. vt supra dctm ē. ergo nō magis tristitia q̄ alie aīe passiones cozpori nocet. ¶ P̄. Pbus dic̄ i. 7. ethicoꝝ: ꝙ ire ⁊ ɔcupiscētie qbusdam īsanias faciūt. qō videt eē maximū nocumentū cū rō sit excellentissimū eoꝝ q̄ sūt i hoīe: despatio ēt videt eē magis nociua q̄ tristitia. cū cā tristitia sit. q̄ tristitia nō magis nocet cozpi q̄ alie aie passiones. ¶ Sz ɔ̄ est qō dr̄ ꝓuer. 17. Animus gaudens etatē florīdam fac̄ spūs tristis exiccat ossa. Et ꝓuer. 25. Sic̄ tinea vestimēto: ⁊ vermis ligno: ita tristitia viri nocet cozdi. Et Ecclesia. 38. A tristitia festinat mors. ¶ Rñ. dōz ꝙ tristitia iter oēs aīe passiones magis cozpori nocet: cui⁹ rō ē. qz tristitia repugnat hūane vite q̄tum ad spēm mot⁹ sui: ⁊ nō solum q̄tum ad mensurā seu q̄titatem: sic̄ alie aie passiones. Cōsistit. n. hūana vita in quadā motione q̄ a cozde in cetera mēbra diffundit: q̄ gdē motio ɔuenit nāe humane fm aliquā determinatā mēsuram. Si ergo ista motio ꝓcedat vltra mensuraz debitā. repugnabit hūane vite fm q̄titatis mensurā. nō aūt fm sl'itudinē spēi. Si aūt impediat ꝓcessus hmōi motionis repugnabit vite fm suam spēm. Est aūt attendēdū in oib⁹ aīe passionib⁹ ꝙ trāsmutatio cozpozis que est i eis mālis. est ɔformis ⁊ ꝓportionata motui appetit⁹ q ē formalis sic̄ in oīb⁹ mā ꝓportionat forme. Ille ergo aīe passiones q̄ iportāt motū appetit⁹ ad p̄sequendū aligd nō repugnāt vitali motioni fm spēm: sed pñt repugnare fm q̄titatem: vt amor: gaudiū: desideriuz: ⁊ hmōi: ⁊ iō ista fm spēm suā iuuant nām cozpozis: sed pp excessum pñt nocere. passiones aūt q̄ iportāt motū appetitus cū fuga vel retractatione q̄dam repugnāt vitali motioni nō solū fm q̄titatem: sz ēt fm spēm motus: ⁊ iō simpl'r nocent sic̄ timor ⁊ dsperatio: ⁊ p̄ oibus tristitia q̄ aggrauat animum ex malo presenti: cuius est fortior impressio q̄ futuri. ¶ Ad ꝑmuz ergo dōm ꝙ qz aīa natural'r mouet corpus: spūalis mot⁹ aīe natural'r ē cā transmutationis cozpozalis: nec est simile de spūalib⁹ itētionibus que nō hūt natural'r ordinem mouēdi alia cozpora q̄ non sunt nata moueri ab aīa. ¶ Ad scōm dōm ꝙ alie passiones hūt trāsmutationez cozpozalē ɔformē fm suam spēm. motioni vitali: sz tristitia ɔriam vt dctm̄ est. ¶ Ad tertiū dōm ꝙ ex lenio ri causa ipedit vsus rōnis: q̄ cozrumpat vita cuz videam⁹ multas egritudines vsum rōnis tollere q̄ nondū adimunt vitā: ⁊ tm̄ timor ⁊ ira maxie nocumentū cozpozale afferunt ex ꝑmixtione tristitie pp absentiā ei⁹ qō cupit. Ipsa etiam tristitia quandoq; rōnez aufert sicut ps in his qui propter dolozes in melancoliam vel in imaniam icidunt.

XXXVIII.

¶ Questio.

Deinde considerāduz est de remedijs dolozis: seu tristitie.

¶ Et circa hoc querunt quinq;. ꝓmo vt̄ dolor vel tristitia mitiget ꝑ quamlibz delectationē. Scōo vt̄ mitiget ꝑ fletū. Tertio vt̄ per ɔpassionē alicuius. Quarto vt̄ per ɔtemplationem veritatis. Quinto vt̄ ꝑ somnū ⁊ balnea.

Ad primum sic ꝓcedit. Uidet ꝙ nō quelz delectatio mitiget quemlibet dolorem seu tristitiā: nō. n. delectatio tristitiā mitigat nisi iquātum ei ɔriat. medicine. n. sunt p ɔria: vt dr̄ in. 2. ethicoꝝ: sz non quelibz delectatio ɔriat cuilibz tristitie: vt supra dctm̄ ē: ergo nō quelibz delectatio mitigat quālibz tristitiam. ¶ P̄. Illud qō cāt tristitiā nō mitigat tristitiā: sed alie delectationes causant tristitiam. qz vt dr̄ in. 9. ethicoꝝ. Malus tristat q̄n delectat⁹ est: nō ergo oīs delectatio mitigat tristitiā. ¶ P̄. Augu. dic̄ in. 4. ɔfes. ꝙ ipse fugit de patria i qua ɔuersari solit⁹ erat cū amico suo iā mortuo: min⁹ cum querebāt oculi ei⁹ vbi eū videre solebāt. ex quo accipi pōt ꝙ illa i qb⁹ nobis amici mortui. vel absentes communicauerūt efficiunt nobis de eoꝝ morte vel absentia dolētib⁹ onerosa: sz maxie cōicauerūt nobis in delectationib⁹ onerose: nō ergo ipse delectationes efficiunt nobis dolētib⁹ onerose: nō ergo quelibz delectatio mitigat quamlibz tristitiam. ¶ Sz ɔ̄ est qō pbus dic̄ in. 8. ethicoꝝ: ꝙ expellit delectatio tristitiam: ⁊ que ɔria ⁊ que ɔtingens si sit fortis. ¶ Rñ. dōm ꝙ sic̄ ex ꝑdictis ps: delectatio est quedam quies appetitus in bono conuenienti: tristitia autem est ex eo ꝙ repugnat appetitui: vnde sic̄ se hz delectatio ad tristitiam in motib⁹ appetitiuis: sic se hz in cozporibus quies ad fatigationem que accidit ex aliqua transmutatione innāli: naz ⁊ ipsa tristitia fatigationem quandam: seu egritudinem appetitiue virtutis importat. Sic̄ igit̄ quelibz quies cozporis remedium affert ɔ quamlibz fatigationem ex quacunq; causa innāli prouenientez: ita quelibz delectatio remediū affert ad mitigandum quamlibz tristitiam ex quocunq; procedat. ¶ Ad ꝑmum ergo dōm ꝙ lz non omnis delectatio ɔrieat omni tristitie fm spēm: ɔriat tamen secūdum genus vt supra dctm̄ est. ⁊ ideo ex parte dispōnis subi quelibz tristitia per quamlibz delectationem mitigari potest. ¶ Ad secundum dōm ꝙ delectationes malox non causant tristitiam in presenti: sed in futuro: inquantum. s. mali penitent de malis de quibus letitiaz habuerunt. ⁊ huic tristitie subuenit per ɔrias delectationes. ¶ Ad tertium dicendum ꝙ qñ sunt due cause ad ɔrios motus inclinantes: vtraq; alteram impedit: ⁊ tamen illa finaliter vincit que fortior est ⁊ diuturnior. In eo autez qui tristat de his in quibus simul cuz amico mortuo vel absente delectari consueuit: due cause in ɔrium inducentes inueniunt. Nam mors vel absentia amici recogitata inclinat ad dolorem: bonum autē pro-

sens inclinat ad delectationez: vnde vtrumq; per alterum minuit: sz tñ qz fortiꝰ mouet sensus presentis q̄ memoria preteriti ⁊ amor suiipsiꝰ q̄ amor alteriꝰ diuturniꝰ mouet: ide est q̄ finaliꝝ delectatio tristitiā expellit. Unde post pauca subdit ibidem Augustinus. q̄ pristinis generibus delectationum cedebat dolor eius.

Ad secūdum sic ꝓcedit. Uidet q̄ fletꝰ nō mitiget tristitiā. Nullus.n.effectꝰ diminuit suaz cām. sz fletꝰ vel gemitꝰ est effectꝰ tristitie. ergo nō minuit tristitiā. ℂ P̄. Sic fletꝰ vel gemitꝰ ē effectꝰ tristitie: ita risus est effectꝰ letitie: sz risus nō minuit letitiaz. ergo fletꝰ nō mitigat tristitiā. ℂ P̄. In fletu repsentat nobis malū ꝓtristans: sz imaginatio rei ꝓtristātis auget tristitiam: sic imaginatio rei delectātis auget letitiā. ergo videt q̄ fletus nō mitiget tristitiā. ℂ Sz ꝫ ē qđ augustinꝰ dic in 4. cōfes. q̄ qñ dolebat de morte amici i solis gemitib⁹ ⁊ lachrymis erat ei aliquātula requies. ℂ R̄ñ. dom q̄ lachryme ⁊ gemitꝰ naturaliꝝ mitigant tristitiā: ⁊ hoc duplici rōne. Primo qdē qz oē nociuū iteriꝰ clausum magis affligit. qz magis multiplicat itentio aie circa ipm: sz qñ ad exteriora diffundit tūc aie itentio ad exteriora quodāmodo disgregat: ⁊ sic iterior dolor minuit. ⁊ pp hoc qñ boies q̄ sunt in tristitys exteriꝰ suā tristitiā manifestāt: vel fletu aut gemitu: vel ēt verbo mitigat tristitia. Scōo qz semp opatio cōueniens boi: fm dispositionē in q̄ ē sibi ē delectabilis: fletꝰ aūt ⁊ gemitꝰ sunt q̄dā opationes ꝓueniētes tristato vl̄ dolēti. ⁊ iō efficiunt ei delectabiles. Cū igit ois delectatio aliqualiꝝ mitiget tristitiā vel dolorē: vt dcm̄ est: sequit q̄ per planctū ⁊ gemitū tristitia mitiget. ℂ Ad ꝑmū ergo dom q̄ ipsa habitudo cause ad effectū ꝓriat habitudini contrastantis ad ꝓtristatū: nā ois effectꝰ est ꝓueniens sue cāe: ⁊ p ꝫ sequēs est ei delectabilis: ꝓtristans aūt ꝓriat ꝓtristato. ⁊ iō effectꝰ tristitie hz ꝓriam habitudinem ad ꝓtristatum q̄z ꝓtristās ad ipm: ⁊ pp hoc mitigat tristitia p effectum tristitie rōne ꝓrietatis predicte. ℂ Ad scom dom q̄ habitudo effectꝰ ad cām est similis habitudini delectātis ad delectabile.qz vtrobiq; ꝓueniētia inuenit: oē aūt simile auget sui simile. ⁊ iō p risum ⁊ alios effectꝰ letitie augef letitia: nisi forte per accñs pp excessum. ℂ Ad ꝫm dom q̄ imaginatio rei cōtristantis q̄tum est de se nata ē augere tristitiaz: sed ex hoc ipso q̄ hō imaginat q̄ fac illud qđ cōuenit sibi fm talem statū: ꝓsurgit ide qdam delectatio: ⁊ eadem rōne si alicui subrepat risus in statu in quo videt sibi esse lugēdū ex hoc ipso dolet tanq̄ faciat id qđ nō ꝓuenit: vt Tullius dic in.3. de tusculanis questionibus.

Ad tertium sic procedit. Uidet q̄ dolor amici cōpatientis nō mitiget tristitiam. Contrariorū.n. ꝓry sunt effectus: sed sic augustinus dic. 8. confes. Quando cum multis gaudet in singulis vberius ē gaudium: qz feruere faciunt se ⁊ inflāmant ex alterutro. ergo pari rōne qñ multi simul tristant: videt q̄ sit maior tristitia. ℂ P̄. Hoc requirit amicitia: vt amoris vicem qs rependat: vt augustinus dic. 4. cōfes. sed amicus condolēs dolet de dolore amici dolentis. ergo ipse dolor amici condolētis ē causa amico pus dolenti de ꝑprio malo alterius doloris: ⁊ sic duplicato dolore videtur tristitia crescere. ℂ P̄. Omne malū amici ē contristans sic ⁊ malum ꝑprium. nam amicus ē alter ipse: sed dolor ē quoddam malum. ergo dolor amici condolentis auget tristitiam amico cui cōdolet. ℂ Sed ꝫ ē quod phus dic in.9. ethicoꝝ q̄ in tristitys amicus condolens consolat. ℂ R̄ñ. dicendum q̄ naturaliꝝ amicus condolens in tristitys ē consolatiuus: cuius ma ē. qz cum ad tristitiam pertineat aggrauare: hz rōnem cuiusdam oneris a qua aligs aggrauatus alleuiari conat: cuz ergo aliquis videt de sua tristitia alios contristatos fit ei quasi quedam imaginatio q̄ illud onus aly cum ipso ferant quasi conantes ad ipm ab onere alleuiādum: ⁊ ideo leuius fert tristitie onus sic etiaz in portandis onerib⁹ cor poralibus cōtingit. Scōa rō ⁊ melior ē. qz per hoc q̄ amici contristant ei: percipit se ab eis amari: qđ ē delectabile: vt supra dcm̄ ē: vnde cum omnis delectatio mitiget tristitiam: sic supra dcm̄ ē: sequit q̄ amicus condolens tristitiā mitiget. ℂ Ad ꝑmum ergo dicendum q̄ in vtroq; amicitia manifestat. s. ⁊ q̄ ꝫgaudet gaudenti: ⁊ q̄ condolet dolenti. ⁊ ideo vtrunq; rōne cause reddit delectabile. ℂ Ad secundum dicendum q̄ ipse dolor amici scōm se contristaret: sed consideratio cāe eius que est amor magis delectat Et per hoc pz responsio ad tertium.

Ad quartum sic ꝓcedit. Uidet q̄ contemplatio veritatis nō mitiget dolorez Dr̄. n. Ecclesiastes. z. Qui addit sciam addit ⁊ dolorem: sz scia ad contemplationem veritatis pertinet. nō ergo contemplatio veritatis mitigat dolorem. ℂ P̄. Cōtemplatio veritatis ad itellectum speculatiuum pertinet: sed itellectus speculatiuus non mouet vt dr̄ in.3. de anima. cuz igit gaudium ⁊ dolor sint quidam motus animi: videt q̄ contemplatio veritatis nihil faciat ad mitigationem doloris. ℂ P̄. Remedium egritudinis apponendum ē vbi ē egritudo: sed contemplatio veritatis est in itellectu: non ergo mitigat dolorem corporalem qui est in sensu. ℂ Sed ꝫ ē qđ augustinus dic in ꝑmo soliloquiorum. Uidebar mihi si se ille mentibus nostris veritatis fulgor apperiret: aut nō me sensurum fuisse illum dolorem. aut certe pro nihilo toleraturum. ℂ R̄ñ. dom sic supra dcm̄ ē in contemplatione veritatis maxima delectatio consistit: omnis autez delectatio dolorem mitigat. vt supra dcm̄ est ⁊ ideo contemplatio veritatis mitigat tristitiam vel dolorē. ⁊ tāto magis quanto perfectius aliquis ē amator sapientie. ⁊ ideo homines ex contemplatione diuina: ⁊ future beatitudinis i tribulationibus gaudent fm illud Jaco. primo. Omne gaudium existimate fratres mei cū in tētationes varias icideritis. Et quod est amplius etiam inter corporis cruciatus huiusmodi gaudium inuenit: sic Tiburtius martir cuz nudatis plantis super ardentes prunas icederet dixit. Uidet mihi q̄ super roseos flores icedam in nomine Jesu xpi. ℂ Ad ꝑmum ergo dicendum q̄ qui addit sciam addit dolorem: vel pp difficultatem ⁊ defectum inueniende veritatis: vel pp hoc q̄ per sciaz homo cognoscit multa que volūtati ꝓriant: ⁊ sic ex parte reruz cognitarum scia dolorē causat: ex parte autem contemplationis veritatis delectationem. ℂ Ad secundum dom q̄ itellectus speculatiuus non mouet animum ex parte rei speculate. mouet tamen animum ex parte ipsius contemplationis que ē quoddam bonum hominis: ⁊ naturaliꝝ delectabilis. ℂ Ad ꝫm dom q̄ in viribus anime fit redundantia ab inferiori ad superius: ⁊ secundum hoc delectatio contemplationis que est in superiori parte redundat ad mitigandum etiam dolorē qui est in sensu.

Ad quintum sic procedit. Uidet q̄ somnus ⁊ balneum non mitigent tristitiaz Tristitia.n. in anima consistit: sed somnꝰ ⁊ balneum ad corpus pertinent: non ergo aliqd faciūt ad mitigationem tristitie. ℂ P̄. Idem effectus non videt causari ex ꝓrys causis: sed huiusmodi cum sint corporalia repugnant contemplationi veritatis: que est causa mitigationis tristitie: vt dictum est. non ergo per huiusmodi tristitiā mitigat. ℂ P̄. Tristitia ⁊ dolor secundum q̄ pertinent ad corpus: in quadam transmutatione cordis consistunt: sed huiusmodi remedia magis videnf pertinere ad exteriores sensus ⁊ membra q̄ ad iteriorem cordis dispositionem. non ergo per huiusmodi tristitia mitigat. ℂ Sed ꝫ ē quod augustinus dic

9.confes. Audieram balnei nomen inde dcm q̃ ahrietatē pellat ex animo. Et ifra dormiui ⁊ euigilaui. ⁊ nō partia ex parte mitigatū ſueni dolorē meū. Et iduc̄ q̃ i hymno Ambrosij dr̄ q̃ ges artus solutos reddit laboris vsui: mēteſq̃ fessas alleuat: luctusq̃ soluit anxios. ℂ Rñ°. dom q̃sicut dcm ē. tristitia fm suā spēm repugnat vitali motioni corporis. ⁊ ideo illa que reformāt nām corporalē debitum statum vitalis motionis repugnāt tristitie ⁊ ipsam mitigant. Per hoc ēt q̃ hmōi remedys reducit nā ad debitum statum: causat ex his delectatio. hoc.n. ē qō delectationes facē vt supra dcm ē: vñ cum omnis delectatio tristitiaz mitiget per hmōi remedia corporalia tristitia mitigat. ℂ Ad pmū ergo dom q̃ ipsa debita corporis dispositio iquantum sentit: delectationem causat. ⁊ per ꝯsequens tristitiā mitigat. ℂ Ad scom dom q̃ delectationum vna aliam impedit: vt supra dcm ē: ⁊ tñ oīs delectatio tristitiā mitigat: vñ non ē iconueniens q̃ ex causis scinuicē impedientib⁹ tristitia mitigē. ℂ Ad tertiuz dom q̃ois bona dispositio corporis redundat quodāmodo ad cor sic ad p̃ncipiuz ⁊ finem corporalium motionum: vt dr̄ in libro de cā motus aialium.

ℂ Questio. XXXIX.

DEinde considerandū ē de bonitate ⁊ malitia doloris vel tristitie. ℂ Et circa hoc querunt̄ q̃tuor.

Primo vtrum ois tristitia sit malum.
Scō vt p̃ possit esse bonū honestum.
Tertio vtrum possit eē bonum vtile.
Quarto vtrum dolor corporis sit summum malum.

Ad primum sic procedit. Videt q̃ ois tristitia sit mala. Dic̄. n. Gregoriꝰ nicenus. Ois tristitia malum ē suiipsius nā. sed qō naturalr ē malū semp: ⁊ vbiq̃ ē malum. ergo ois tristitia est mala. ℂ P. Illud qō omnes fugiunt etiam virtuosi ē malum: sz tristitiā omnes fugiūt ēt virtuosi. qz vt dr̄ in. 7. ethico p̃. Et si prudens nō itendat delectari: tñ itendit nō tristari. ergo tristitia ē malum. ℂ P. Sic malus corporale ē obm ⁊ causa doloris corporalis. ita malū spūale ē obm ⁊ causa tristitie spiritualis: sed ois dolor corporalis ē malū corporis. ergo ois tristitia spūalis ē malus aīe. ℂ Sed ꝺ. tristitia de malo ꝺriat delectationi de malo: sz delectatio de malo ē mala: vñ in detestationē quorūdam dr̄ Prouer. 2. q̃ letant̄ cuz male fecerint. ergo tristitia de malo ē bona. ℂ Rñ°. dom q̃ aliqd eē bonū vel malū pōt dici dupl'r. Uno modo simpl'r ⁊ fm se. ⁊ sic ois tristitia ē quoddā malus: hoc.n. ipm quod ē appetitū hois anxiari de malo p̃senti rōnem mali habet: impedit.n. per hoc quies appetitus in bono. Alio modo dr̄ aliqd bonū vel malū ex suppositione alterius: sic verecundia dr̄ esse bonus ex suppositione alicui⁹ turpis cōmissi: vt dr̄ in. 4. ethico p̃. Sic igit̄ supposito aliquo contristabili vl dolorōso ad bonitatē ptinet q̃ aligs ō malo p̃senti tristet̄ vel doleat: q̃. n. nō tristaret̄ vel nō doleret: nō posset eē nisi qz vel nō sentiret. vel qz non reputaret sibi repugnans: ⁊ vtrunq̃ istoz ē malū manifeste. ⁊ ideo ad bonitatem ptinet vt suppositā presentia mali sequat̄ tristitia vel dolor. ⁊ hoc ē quod augustin⁹ dic̄. 8. sup Geñ. ad lram. Adhuc ē bonū qō dolet amissum bonū: nā nisi aliqō bonū remansisset in nā: nullius boni amissi dolor eēt i pena: sz quissermones morales sunt in singularib⁹: quoz sunt operationes: illud qō ē ex suppositione bonū dz bonū iudicari: sic qō ē ex suppositione volūtarium iudicat̄ voluntariū: vt dr̄ in. 3. ethicoz: ⁊ supra habitū ē. ℂ Ad pmū ergo dom q̃ Gregoriꝰ nicenꝰ loquit̄ de tristitia ex parte mali tristantis: nō autem ex parte sentientis ⁊ repudiātis malū. Et ex hac etiam parte oēs fugiunt tristitiā inquantū fugiunt malū: sed sensum ⁊ refutationē mali nō fugiunt. Et sic dom etiam est de dolore corporali: nam sensus ⁊ recusatio mali corporalis attestatur nature bone. Unde patz responsio ad secūdum ⁊ tertium.

Ad secundum sic procedit. Videt q̃ tristitia nō habeat rōnem boni honesti. Quod.n. ad iferos deduc̄ ꝺriat honesto. sed sic dic̄ Augustinus. 17. super Geñ. ad lram. Jacob hoc timuisse videtur ne nimia tristitia sic perturbaret̄: vt nō ad requiē beatoz iret: sz ad iferos peccatoz. ergo tristitia nō hz rōnem laudabilis ⁊ meriti honesti. ℂ P. Bonū honestū hz rōnem laudabilis ⁊ meriti. Dic̄. n. toz: sz tristitia diminuit rationem laudis ⁊ meriti. Dic̄. n. apl'us. 2. ad Cor. 9. Unusquisq̃ prout destinauit i corde sno nō ex tristitia aut ex necessitate. ergo tristitia non ē bonus honestus. ℂ P. Sic Augu. dic̄. 14. de ci. dei. Tristitia ē de his que nobis nolētibus accidūt: sed nō velle ea que p̃sentialr fiunt ē habere voluntatē repugnātē ordinationi diuine. cui⁹ ꝓuidentie subiacent oīa que agunt̄. ergo cū cōformitas hūane voluntatis ad diuinā pertineat rectitudinem volūtatis. vt supra dcm ē: videt q̃ tristitia ꝺriet̄ rectitudini volūtatis. ⁊ sic non habz rōnem honesti. ℂ Sz ꝺ. omne qō mereē pmiū vite eterne habz rōnem honesti: sed tristitia ē hmōi. vt pz per id quod dr̄ Matth. 5. Beati qui lugent qm̄ ipsi consolabunt̄. ergo tristitia ē bonum honestum. ℂ Rñ°. dom q̃ fm illā rōnem qua tristitia ē bonum secundum bonum honestū. Dcm̄ ē. n. q̃ tristitia ē bonum secundum cognitionē ⁊ recusationem mali: que quidem duo i dolore corporali attestant̄ bonitati nāe. ex qua prouenit q̃ sensus sentit. ⁊ nā refugit lesiuum quod causat dolorē. In interiori vo tristitia cognitio mali qñq̃ qdem ē per rectuz iudicium rōnis. ⁊ recusatio mali ē per voluntatē bene dispositaz detestantē malū: omne aūt bonuz honestū ex his duobus procedit. s. ex rectitudine rōnis ⁊ voluntatis. vnde manifestū ē q̃ tristitia pōt habere rōnem boni honesti. ℂ Ad pmū ergo dom q̃ omnes passiones aīe regulari debēt secundum regulā rōnis que ē radix boni honesti quā transcendit immoderata tristitia de qua loquit̄ Augu. ⁊ ideo recedit a rōne honesti. ℂ Ad secundum dom q̃ sic tristitia de malo ꝓcedit ex voluntate ⁊ rōne recta que detestat̄ malum: tristitia de bono ꝓcedit ex rōne ⁊ voluntate peruersa que detestat̄ bonum. ⁊ ideo talis tristitia impedit laudez vel meritū boni honesti: sic cum quis fac̄ cū tristitia elemosynas. ℂ Ad tertium dom q̃ aliqua p̃sentialr eueniunt que non fiūt deo volēte: sed deo ꝓmittente: sic peccata vndē voluntas repugnās peccato exñti vel ī se vel i alio: nō discordat a voluntate dei: mala vero penalia p̃sentialr contingunt ēt deo volēte: non tamen exigit̄ ad rectitudinē voluntatis q̃ ea fm se homo velit: sed solū q̃ non ꝺnitat̄ ordini diuine iustitie: vt supra dcm ē.

Ad tertium sic ꝓcedit. Videt q̃ tristitia nō possit esse bonū vtile. Dr̄. n. Ecclesiastes. Multos occidit tristitia: ⁊ non ē vtilitas i illa. ℂ P. Electio ē de eo quod ē vtile ad finez aliquem: sz tristitia nō ē magis eligibilis q̃nimo idez sine tristitia q̃ cum tristitia non ē bonū vtile. ℂ P. Ois res ē pp suam opationē: vt dr̄ i. 2. topico p̃. ergo tristitia impedit opationem: vt dr̄ i. 10. ethico p̃. ergo tristitia non hz rōnem boni vtilis. ℂ Sed ꝺ. sapiens nō queritur nisi vtilia. sed sic dr̄ Ecclesiastes. 7. Cor sapiētū vbi tristitia: vbi stultoz vbi letitia. ergo tristitia ē vtil. ℂ Rñ°. dom q̃ ex malo p̃senti isurgit duplex appetit⁹ motus. Unus quidem ē quo appetitus ꝺriat malo p̃senti: ⁊ ex ista parte tristitia non habz vtilitatem. qz id qō ē p̃sens nō pōt non esse p̃sens. Secundus motus consurgit in appetitu ad fugiendum ⁊ repellēdum malū contristans. ⁊ q̃tuz ad hoc tristitia habz vtilitatem si sit de aliquo quod ē fugiendum. est. n. aliquid fugiendum dupl'r. Uno modo pp seipz ex ꝺrio

tate quaz habz ad bonum sic peccatum: et ideo tristitia de peccato vtilis ē ad hoc q̄ hō fugiat peccatuz. sic Aplūs dic̄ 2. ad Cor. 7. Gaudeo nō qz contristati estis: sz qz contristati estis ad penitentiā. Alio mō ē aliqd fugiēdū. nō qz sit p̄m se malum: sz qz ē occasio mali. dū vel hō nimis ideret ei p amorē vel ēt ex hoc q̄ p̄cipitat̄ in aliqō malū: sic̄ pz i bonis tēporalib⁹: et p̄m hoc tristitia de bonis tēporalibus: pōt eē vtilis: sic̄ dr̄ Eccleſiastes. 7. Melior ē ire ad domuz luct⁹ q̄z ad domū conuiuy: i illa. n. finis cunctoz ammonet hominez. Ideo aūt tristitia i omni fugiendo ē vtilis. qz geminat̄ fugiēdi causa: nā ipz malū p̄m se fugiēdū ē: ipsaz aūt tristitiā p̄m se oēs fugiūt sic̄ ēt bonū oēs appetunt et delectationez de bono. Sic̄ ergo delectatio de bono fac̄ vt bonū auidi⁹ querat̄: ita tristitia de malo fac̄: vt malū vehemēti⁹ fugiat̄.

¶ Ad p̄mū ergo dō̄m q̄ auctoritas illa itelligit̄ de imoderata tristitia q̄ animū absorbet: hmōi aūt tristitia imobilitat animū: et impedit fugā mali. vt supra dc̄m ē. ¶ Ad scōm dō̄m q̄ sic̄ quodlz eligibile fit min⁹ eligibile pp̄ tristitiam inde quodlibz fugiendū reddit magis fugiendū pp̄ tristitiā q̄ntum ad hoc tristitia ē vtilis. ¶ Ad tertiū dō̄m q̄ tristitia de opatione aliqua impedit opationē: sz tristitia de cessatione operationis fac̄ auidius operari.

Ad quartum sic p̄cedit. Videt̄ q̄ tristitia sit summū malū. Optimo. n. opponitur pessimuz: vt dr̄ i. 8. ethicoz: sz quedā delectatio ē optimū que. s. p̄tinet ad felicitatem. ergo aliqua tristitia ē summū malū. ¶ P̄. Beatitudo ē summū bonū hois. qz ē vltimus hois finis: sz beatitudo p̄sistit in hoc q̄ hō habeat q̄d velit. et nihil mali velit. vt supra dc̄m ē. ergo summum bonū hois ē ipletio voluntatis ipsius: sz tristitia consistit i hoc q̄ accidit aliquid p̄ter voluntatē: vt p̄z per Augu. i 4. de ci. dei. ergo tristitia ē summū malū hominis. ¶ P̄. Augu. sic argumentat̄ i p̄mo solilogoz. Ex duab⁹ partib⁹ cōpositi sumus: ex aia. s. et corpore: quarum pars deterior ē corp⁹: summū aūt bonū ē melioris partis optimū. summuz aūt malū pessimū deterioris. ē aūt optimū in animo sapientia i corpore pessimū dolor. summum igit̄ bonū hois ē sapere: summū malū dolere. ¶ Sed p̄. culpa ē magis malū q̄z pena: vt in p̄mo habitū ē: sz tristitia seu dolor ptinet ad penā peccati. sic̄ frui reb⁹ mutabilib⁹ ē malū culpe. Dic̄. n. Aug. i lib. de v̄a religiōe. Quis ē dolor q dr̄ animi: nisi carere mutabilib⁹ reb⁹ q̄bus fruebat̄: aut frui se posse sperauerat. et hoc ē totū q̄d dr̄ malū. i. peccatū et pena peccati. ergo tristitia seu dolor nō ē summū malū hois. ¶ R̄ñ⁰. dō̄m q̄ ipsa sibile ē aliquā tristitiā seu dolorē esse summū hois malum. Dis. n. tristitia seu dolor: aut ē de hoc q̄d ē vere malum: aut ē de aliquo apparēti malo q̄d ē vere bonum: dolor aūt seu tristitia que ē de vere malo nō pōt esse summū malum: ē. n. aliqd eo pei⁰. s. vel nō iudicare esse malū illud quod vere ē malū. vel ēt nō refutare illud. tristitia aūt vel dolor q ē de apparenti malo q̄d ē vere bonū: nō pōt esse summū malum qz peius esset oīo alienari a vero bono: vnde impossibile ē q̄ aliqua tristitia vel dolor sit summū hois malū. ¶ Ad p̄mū ergo dō̄m q̄ duo bona sunt cōmunia et delectationi: et tristitie. s. iudiciū vez̄ de bono et malo: et ordo debit⁹ volūtatis approbantis bonū et recusantis malū. Et sic pz q̄ i dolore vel tristitia ē aliquod bonū: per cuius p̄uationem pōt fieri deterius: sz nō in omni delectatione ē aliquod malum: p cui⁹ remotionē possit fieri melio⁹: vnde delectatio aliqua pōt esse summū hois bonū: eo modo quo supra dc̄m ē. tristitia aūt non pōt esse summū hois malū. ¶ Ad secūdum dō̄m q̄ hoc ipm q̄d ē volūtatem repugnare malo: ē quoddā bonū: et pp̄ hoc tristitia vel dolor non pōt esse summuz malū. qz hz aliq̄z p̄mixtionē boni. ¶ Ad tertium dō̄m q̄ peius ē quod nocet meliori q̄z q̄d nocet peiori. malū aūt dr̄ qz nocet: vt dicit augustinus in Ench. vnde maius malum est quod est malum anime q̄z quod est malum corporis: vnde non est efficax ratio quā augustinus inducit: non ex sensu suo: sed ex sensu alterius.

¶ Questio. XL.

Consequenter considerādum ē de passionib⁹ irascibil̄. Et p̄imo de spe et desperatione. Scōo de timore et audacia. Tertio de ira. ¶ Circa p̄mū querunt̄ octo. P̄imo vtr̄ spes sit idē q̄d desideriuz vel cupiditas. Scōo vtr̄ spes sit in vi apprehensiua vel in vi appetitiua. Tertio vtr̄ spes sit in brutis aialib⁹. Quarto vtr̄ spei p̄rie desperatio. Quinto vtr̄ causa spei sit experientia. Sexto vtr̄ i iuuenibus et ebriosis spes abūdet. Septio de ordine spei ad amorē. Octauo vtr̄ spes conferat ad operationez.

Ad p̄imum sic p̄cedit. Videt̄ q̄ spes sit idem quod desiderium siue cupiditas: spes. n. ponit̄ vna quatuor p̄incipaliū passionū: sed augustinus enumerās quatuor p̄ncipales passiones: ponit cupiditatē loco spei. vt pz in. 14. de ci. dei. ergo spes ē idē q̄d cupiditas siue desideriū. ¶ P̄. Passiones differūt p̄m obiecta: sz idē ē obz spei et cupiditatis siue desidery. s. bonū futurū. ergo spes ē idem q̄d cupiditas siue desideriū. Si dicat̄ q̄ spes addit supra desideriū possibilitatē adipiscendi bonū futurū. ¶ Cōtra. Id q̄d p accīs se hz ad obz nō variat spēz passiōis: sz posse se hz p accīs ad bonū futurū: q̄d ē obz cupiditatis: vel desidery et spei. ergo spes nō ē passio spem differens a desiderio vel cupiditate. ¶ Sed p̄. diuersaz potentiaz sunt diuerse passiones spē differētes: sz spes ē i irascibili. desiderium aūt et cupiditas i concupiscibili. ergo spes differt spē a desiderio et cupiditate. ¶ R̄ñ⁰. dō̄m q̄ spes passionis ex obo considerat̄. circa obz aūt spei quatuor cōditiones attendunt̄. P̄imo q̄dē q̄ sit bonū: nō. n. ppie loquēdo ē spes nisi de bono. et p hoc differt spes a timore q̄ ē de malo. Scōo vt sit futurū: nō. n. spes ē de p̄senti iaz habito. et p hoc differt spes a gaudio q̄d ē de bono p̄senti. Tertio regrit̄ q̄ sit aliqd arduū cū difficultate adipiscibile: nō. n. aliqs dr̄ aliqd sperare minimū q̄d statim ē i sua potestate vt habeat: et p hoc differt spes a ōsiderio vel cupiditate que ē de bono futuro absolute. vñ ptinet ad p̄cupiscibilez spes aūt ad irascibilē. Quarto q̄ illud arduuz sit possibile adipisci. nō. n. aliqs sperat id q̄d oīo adipisci nō pōt: et scōm hoc differt spes a ōsperatione. Sic ergo pz q̄ spes differt a ōsiderio: sic̄ differūt passiones irascibil̄ a passionib⁹ concupiscibil̄: et pp̄ hoc spes p̄supponit ōsiderium: sicut et omnes passiones irascibilis p̄supponunt passiones concupiscibilis. vt supra dc̄m est. ¶ Ad p̄imuz ergo dicendum q̄ augustinus ponit cupiditatē loco spei pp̄ hoc q̄ vtrūq̄ respicit bonū futurū. Et qz bonuz q̄d nō ē arduū quasi nihil reputat̄: vt sic cupiditas maxime videat̄ tēdere i bonū arduū i q̄d etiaz tēdit spes. ¶ Ad scōm dō̄m q̄ obm spei nō ē bonuz futurū absolute: sz cū arduitate et difficultate adipiscēdi. vt dc̄m est. ¶ Ad tertium dō̄m q̄ obm spei non addit possibilitatē sup obm ōsidery: sz ēt arduitatē: que ad aliaz potētiā fac̄ spem ptinere. s. ad irascibilē: que respic̄ arduuz vt i p̄mo dc̄m est: possibile āt et impossibile nō oīo per accīs se hz ad obm appetitiue virtutis. Nā appetit⁰ est p̄ncipiū motionis: nihil aūt mouet̄ ad aliqd nisi sub rōne possibil̄. nullus. n. mouetur ad id quod estimat impossibile adipisci: et propter hoc spes differt a ōsperatione secundum differētiam possibilis et impossibilis.

Ad secundum sic p̄cedit. Videt̄ q̄ spes pertineat ad vim cognitiuā. Spes enim videt̄ esse expectatio quedam. dic̄. n. apostolus Ro. 8. Si aūt quod nō videmus speramus: per patiētiaz expe

ctamus:sed expectatio videt ad vim cognitiuã pertinere. cuius est expectare.ergo spes ad cognitiuam pertinet.

¶ ℙ. Idem ē vt videt spes quod fiducia:vnde ⁊ sperantes confidentes vocamus:quasi pro eodem vtentes eo qđ est confidere ⁊ sperare:sed fiducia sicut ⁊ fides videtur ad vim cognitiuã ptinere.ergo ⁊ spes. ¶ ℙ. Certitudo ē prorietas cognitiue virtutis:ꝫ certitudo attribuit spei.ergo spes ad vim cognitiuã ptinet. ¶ Sed ℴ. spes ē de bono:sic dcñ est:bonuꝫ aũt ĩquantum hmõi non ē obm cognitiue: ꝫ appetitiue virtutis.ergo spes nõ ptinet ad cognitiuaꝫ.ꝫ ad appetitiuã virtutem. ¶ Rñ°. dõm q cũ spes importet extensionē quandam appetitus ĩ quoddã bonũ manifeste ptinet ad appetitiuam virtutẽ: motus.n.ad res ptinet prie ad appetituꝫ.actio vo virtutis cognitiue pficit nõ ſm motũ cognoscẽtis ad res:sed poti° ſm q res cognite sunt ĩ cognoscẽte.Sed qz vis cognitiua mouet appetitiuam repsentando ei suũ obiectũ:ſm diuersas rõnes obiecti apprehensi subsequunt diuersi motus in vi appetitiua.Alius.n. motus sequit in appetitu ex apphensione boni: ⁊ alius ex apphensione mali:⁊ silr alius motus ex apphensione psentis ⁊ futuri:absoluti ⁊ arduꝫ:possibilis ⁊ ipossibilis. ⁊ scõm hoc spes est motus appetitiue virtutis consequẽs apprehẽsionez boni futuri ardui possibilis adipisci.ſ.extensio appetitus in hmõi obiectum. ¶ Ad pmum ergo dicẽduꝫ q qz spes respic ad bonũ possibile:isurgit duplr homini motus spei:sic duplr est ei aliqd possibile.ſ.ſm ppriam virtutem ⁊ ſm virtutem alteri°.Qõ ergo aliqs sperat p ppriam virtutem adipisci nõ dr expectare:ꝫ sperare tñ:sed prie dr expectare qđ sperat ex auxilio virtutis aliene:vt dicat expectare quasi ex alio spectare inquantum.ſ.vis apprehensiua pcedens non solum respicit ad bonũ qđ itendit adipisci.sed etiam ad illud cuius virtute adipisci sperat ſm illõ Ecclesia.5i. Respiciens etiam ad adiutoziũ hominum. Motus ergo spei qñq dr expectatio pp ispectionem virtutis cognitiue pcedentem. ¶ Ad scõm dõm q illud qđ hõ desiderat ⁊ estimat se posse adipisci credit se adepturũ ⁊ ex tali fide icognitiua pcedente:mot° sequens ĩ appetitu fiducia nominat:denominat.n. motus appetitiu° a cognitione pcedente:sic effectus ex causa magis nota.magis.n. cognoscit vis apphensiua suũ actũ q̃ actum appetitiue.

¶ Ad tertiũ dõm q certitudo attribuit motui non soluꝫ appetit° sensitiui: ꝫ etiam appetit° nãlis:sic dr q lapis certitudinalr tendit deorsum: ⁊ hoc pp ifallibilitatẽ quaꝫ bꝫ ex certitudine cognitionis que precedit motuꝫ appetitus sensitiui vrl etiam naturalis.

Ad tertium sic pcedit. Uidet q ĩ brutis animalibus non sit spes.Spes.n. ē de futuro bono. vt Damas.dic:ꝫ cognoscere futura non ptinet ad aialia bruta que habẽt solũ cognitionem sensitiuã:que non ē futuro p.ergo spes nõ est ĩ brutis animalibus. ¶ ℙ. Obiectũ spei ē bonũ possibile adipisci: ꝫ possibile ⁊ ipossibile sunt q̃dam differentia veri ⁊ falsi:q̃ solũ sunt in mente:vt phus dic in.6. metaphisice.ergo spes non ē in brutis aialib°: in q b° nõ ē mens. ¶ ℙ. Augustin° dic super Gen. ad lram q aialia mouent visis:.ꝫ spes non est de eo qđ videt:nã qđ videt:qs qd sperat vt dr ℟o.8.ergo spes non ē in brutis aialibus. ¶ Sed ℴ. spes est passio irascibilis:.sed ĩ brutis aialibus est irascibilis.ergo ⁊ spes. ¶ Rñ°. dõm q iteriores passiones aialium ex exteriozib° motib° deprehendi pñt.ex q b° apparet q ĩ aialib° brutis ē spes.Si enim canis videat lepozem:aut ancipiter auem nimis distãtem nõ mouet ad ipsam q̃si nõ sperãs se eã posse adipisci:si aũt sit ĩ propinquo:mouet quasi sub spe adipiscendi. Ut.n.supra dcñ est:appetitus sensitiu° bruto p aialium:⁊ ẽt appetitus nãlis rep isensibiliũ:sequunt apphensionem alicui° itellectus:sic ⁊ appetitus nãe itellectiue qui dr voluntas: sed in hoc est differentia q voluntas mouetur ex apprehẽsione itellectus coniuncti: sed mot° appetitus nãlis sequitur apprehensionẽ itellectus separati qui nam istituit.Et silr appetitus sensitiu° bruto p aialium.que etiã quodam istinctu nãli agunt.vnde in operib° bruto p aialium ⁊ alia rum rep nãlium apparet similis pcessus:sic ⁊ in artis operibus.⁊ p hũc modũ ĩ aialibus brutis ē spes ⁊ desperatio. ¶ Ad pmũ ergo dõm q q̃uis bruta aialia nõ cognoscant futurũ:tñ ex istinctu nãli mouet animal ad aliquid in futurum:ac si futurum preuideret.hmõi.n. instinctus est eis ditus ab intellectu diuino preuidente futura. ¶ Ad scõm dicendum q obiectum spei non est possibile put est quedam differentia veri: sic enim consequitur habitudinem pdicati ad subiectum: sed obiectuꝫ spei est possibile quod dicitur secunduꝫ aliquam potẽtiam:sic enim distinguitur possibile in.5.metaphisice.ſ.in duo possibilia predicta. ¶ Ad tertium dicendum q licet id quod est futuruꝫ non cadat sub visu.tamen ex his que videt animal in presenti mouetur eius appetitus in aliquod futurum:vel psequendum vel vitandum.

Ad quartum sic pcedit. Uidet q desperatio non sit ℴria spei. Uni.n. vnum ē ℴrium vt dr in.io.metaphisice:sed spei ℴria t timor nõ ergo ℴriatur ei ôsperatio. ¶ ℙ. Contraria vident esse circa idem:sed spes ⁊ desperatio non sunt circa idem:nam spes respicit bonum:desperatio autem est propter aliquod malum ipeditiuum adeptionis boni.ergo spes non contrariatur desperationi. ¶ ℙ. Motui non contrariatur motus: quies vero opponit motui: vt priuatio:sed desperatio magis videtur importare imobilitatem q̃ motum.ergo non contrariatur spei que importat motum extensionis in bonum speratum. ¶ Sed contra est q desperatio nominat per contrarium spei. ¶ Rñ°. dicendum q sicut supra dictum est:in mutationibus inuenitur duplex contrarietas. Una secundum accessum ad contrarios terminos.⁊ talis contrarietas sola inuenitur in passionibus concupiscibilis.sicut amor ⁊ odium contrariantur. Alio modo per accessum ⁊ per recessum respectu eiusdem termini:⁊ talis contrarietas inuenitur in passionibus irascibilis:sicut supra dictum est. Obiectum autem spei quod est bonum arduum habet quidem rationem attractiui:prout consideratur cum possibilitate adipiscendi:⁊ sic tendit in ipsius spes que importat quendam accessum:sed secundum q consideratur cum impossibilitate obtinendi:habet rationem repulsiui:quia vt dicitur in.3. ethicozum: cum venitum fuerit ad aliquid impossibile :tunc homines discedunt: ⁊ sic respicit hoc obiectum desperatio: vnde importat motum cuiusdam recessus:⁊ propter hoc contrariatur spei:sicut recessus accessui. ¶ Ad pmum ergo dicendum q timor contrariatur spei secundum contrarietatem obiectozum:scilicet boni ⁊ mali. hec enim contrarietas inuenitur in passionibus irascibilis secundum q denominatur a passionibus concupiscibilis. sed desperatio contrariatur ei solum secundum contrarietatem accessus ⁊ recessus. ¶ Ad secundum dicendum q desperatio non respicit malum sub ratione mali: sed per accidens quandoq respicit malum inquantum facit impossibilitatem adipiscendi:potest autem esse desperatio ex solo supercessu boni. ¶ Ad tertium dicendum q desperatio non importat solam priuationem spei.sed importat quendam recessum a re desiderata propter estimatam impossibilitatem adipiscendi: vnde desperatio proprium sicut ⁊ spes: de eo enim quod sub desiderio nostro non cadit:neq spez:neq desperationem habemus:⁊ propter hoc etiam vtrunq eozum est de bono quod sub desiderio cadit.

Ad quintum sic procedit. Videt q̃ experientia non sit causa spei. Experiẽtia.n.ad vim cognitiuã pertinet: vnde phs dic in.7.ethicox: q̃ virtus intellectualis indiget exprimẽto ⁊ tẽpore: spes aũt non est in vi cognitiua: sed in appetitiua vt dictũ est: ergo expientia nõ est causa spei. ℂ P. Phs dic in secõdo rhetoricox: q̃ seniores fũt difficilis spei pp experientiam: ex quo videt q̃ experiẽtia sit causa defectus spei: sed nõ est idez causa oppositoꝝ: ergo expientia nõ est causa spei. ℂ P. Phs dic in scõdo de celo. q̃ de oĩbus enunciare aliquid ⁊ nihil ptermittere: quãdoq̃ est signuz stultitie: sed q̃ homo tentet oĩa: ad magnitudinẽ spei ptinere videt: stultitia aũt puenit ex inexperiẽtia: ergo inexperiẽtia videt esse magis causa spei q̃ experientia. ℂ Sed cõ est qõ phs dic in.7.ethicox: q̃ aliqui fũt bone spei pp multotiens ⁊ multos vicisse: qõ ad expientiaz pertinet: ergo experiẽtia est causa spei. ℂ Rñ°. dõm q̃ sicut supra dictũ est spei oĩm est bonũ futurum arduuz possibile adipisci: potest ergo aliquid esse causa spei: vel qz fac hominẽ aliquid esse possibile: vl qz fac eũ existimare aligd eẽ possibile. Primo mõ est causa spei oẽ illud qõ auget ptãez nam q̃ experiẽtiaz homo acgrit facultatẽ aligd de facili faciendi: ⁊ ex hoc sequit spes. vnde Vegetius dic̃ i lib. de re militari. Nemo facere metuit qõ se bene didicisse cõfidit. Alio mõ est causa spei omne illud qõ fac̃ alicui existimationez q̃ aligd sit sibi possibile: ⁊ hoc mõ ⁊ doctrina ⁊ psuasio quelibz põt esse causa spei: ⁊ sic etiã experiẽtia ẽ causa spei: inquãtũ.s. per experiẽtiã fit homini existimatio q̃ aliquid sit sibi possibile qõ impossibile ante experiẽtiaz reputabat: sed per hunc modũ experientia potest esse causa defectus spei: qz sic̃ per experientiã fit homini existimatio q̃ aligd sibi sit possibile qõ reputabat impossibile: ita ecõuerso p experientiã fit homini existimatio q̃ aligd nõ fit sibi possibile qõ possibile existimabat. Sic ergo experientia est causa spei duobus modis: causa autem defectus spei vno modo: pp hoc magis dicere possumus eã esse causaz spei. ℂ Ad primũ ergo dicendũ q̃ experientia in operabilibus nõ soluz causat scientiã: sed etiaz causat quẽdam habitum pptер cõsuetudinẽ qui fac̃ operationẽ faciliorem: sed ⁊ ipsa virtus intellectualis facit ad potestatẽ facile operandi: demonstratum etiam aligd esse possibile: ⁊ sic causat spem. ℂ Ad scõm dicẽdum q̃ in senibus est defectus spei pp experientiam: inquãtuz experiẽtia facit existimationẽ impossibilis. Unde ibidem subdit: q̃ eis multa eueniũt in deteriꝰ. ℂ Ad tertium dicendũ q̃ stultitia ⁊ inexperiẽtia possunt esse causa spei quasi per accidens: remouẽdo.s. sciẽtiam: pp quã vere existimat aligd esse nõ possibile: vnde ea rõne inexperientia est causa spei que experiẽtia est causa defectus spei.

Ad sextum sic pcedit. Videt q̃ iuuentus ⁊ ebrietas nõ sint causa spei. Spes enim ipozatat quandam certitudinẽ ⁊ firmitatem. vñ ad Heb. 6. spes comparat anchore: sed iuuenes ⁊ ebrij deficiunt a firmitate: habent enĩ aĩum de facili mutabilem: ergo iuuentus ⁊ ebrietas nõ est causa spei. ℂ P. Ea que augent potestatem maxie sunt causa spei: vt supra dictũ est: sed iuuẽtus ⁊ ebrietas quãdam firmitatẽ habent adiunctam: ergo nõ sunt cãnibus expientia defic̃: ergo iuuẽtus nõ ẽ causa spei. ℂ Sed cõtra est qõ philosophus dic̃ in.7.ethicox: q̃ inebriati fũt bene sperãtes. ⁊ in secũdo rhetoricox dicit ⁊ q̃ iuuenes fũt bone spei. ℂ Rñ°. dõm q̃ iuuentus est causa spei pptер tria: vt philosophus dic̃ in secũdo rhetoricox: ⁊ hec tria possũt accipi fm tres conditiões boni: quod est oĩm spei: q uod est futurum ⁊ arduũ ⁊ possibile: vt dictum est. Juuenes enĩ multum habent de futuro ⁊ parum de preterito: ⁊ ideo qz memoria est preteriti: spes autem futuri: parum habẽt de memoria: sed multum viuũt in spe. Juuenes etiam pptер caliditatẽ nature habent multos spũs: ⁊ ita in eis coz amplia tur: ex amplitudine autẽ cordis est q̃ aliquis ad ardua tendat: ⁊ ideo iuuenes sunt animosi ⁊ bone spei. Similr etiam illi qui non sunt passi repulsam: nec experti impedimẽta in suis conatibus: de facili reputant aligd sibi possibile: vnde ⁊ iuuenes pptер inexperiẽtiaz impedimentoꝝ ⁊ defectuũ de facili reputãt aliquid sibi possibile: ⁊ ideo fũt bone spei. Duo etiã istoꝝ sunt in ebrys. s. cãliditas: ⁊ multiplicatio spũum propter vinũ. Et iterũ iconsideratio periculoꝝ: vel defectuum. Et pptер eandem rõnem etiaz omnes stulti ⁊ deliberatione non vtẽtes: omnia tentant ⁊ sunt bone spei. ℂ Ad pmũ ergo dõm q̃ in iuuenibus ⁊ in ebrys licz non sit firmitas fm rei veritatem: est tamẽ in eis fm eoruz estimationem: reputãt enĩ se firmiter assecuturos illud quod sperant. ℂ Et similr dicendũ ad secũdum q̃ iuuenes ⁊ ebrij habent quidem infirmitatem fm rei veritatez: sed fm eorum existimationẽ habent potestatẽ: qz suos defectus non cognoscunt. ℂ Ad tertiũ dõm q̃ nõ solum experientia: sed etiã inexpiẽtia est quodãmodo causa spei: vt dictũ est.

Ad septimum sic procedit. Uidetur q̃ spes nõ sit causa amoris: qz fm Aug. 14. de ci. dei. pma affectionuz anime est amor: sed spes est quedam affectio anime: amor ergo precedit spem: nõ ergo spes causat amorem. ℂ P. Desideriũ precedit spez: sed desiderium causat ex amore vt dictum ẽ: ergo etiam spes sequit amorem: nõ ergo causat ipsuz. ℂ P. Spes causat delectationẽ: vt supra dictuz est: sed delectatio nõ est nisi de amato: ergo amor precedit spem. ℂ Sed contra est qõ dicitur Mat. p super illud. Abraaz genuit Isaac: Isaac autẽ genuit Jacob. dicit glo. i. fides spem: spes charitatẽ: charitas autez ẽ amor: ergo amor causat a spe. ℂ Rñ°. dõz q̃ spes duo respicere põt. Respic̃.n. sic̃ obz bonũ spatuz: sz qz bonũ spatũ ẽ arduũ possibile: aliqñ aũt fit aliquod arduuz possibile nobis: non per nos sed p alios: ideo spes etiam respicit illud p quod fit nobis aliquid possibile. Inquãtum igit spes respicit bonum speratum: spes ex amore causatur: non enim est spes nisi de bono desiderato ⁊ amato: inquantũ vero spes respicit illum per quem fit aligd nobis possibile: sic amor causat ex spe: ⁊ non econuerso. Ex hoc enim q̃ p aliquẽ speramus nobis posse puenire bona: mouemur in ipsum sic̃ in bonũ nostrum: ⁊ sic incipimus ipsum amare: ex hoc autẽ q̃ amamus aliquez: nõ speramꝰ de eo nisi per accidẽs: inquãtũ.s. credimus nos reamari ab ipso: vndẽ amari ab aliquo facit nos sperare de eo: sed amor eius causat ex spe quã de eo habemus. Et p hoc pz responsio ad obiecta.

Ad octauum sic pcedit. Videt q̃ spes nõ adiuuet opationẽ sed magis impediat. Ad spem enim securitas pertinet: sed securitas parit negligentiam que impedit opationem. ergo spes impedit operationem. ℂ P. Tristitia impedit operationem: vt supra dictum est: sed spes quandoq̃ causat tristitiam. Dicitur enim Prouer. 14. Spes que differtur affligit animaz: ergo spes impedit operationem. ℂ P. Desperatio cõtrariatur spei: vt dictum est: sed desperatio maxime i rebus bellicis adiuuat operationem: dicitur enim.7. Reg. 17. q̃ periculosa res est desperatio: ergo spes facit contrarium effectum: impediendo scilicet operationem. ℂ Sed contra est quod dicitur. i. ad Corinth. 9. Qz qui arat debet arare in spe fructus percipiendi: ⁊ eadem ratio est in omnibus alijs. ℂ Rñ°. dicendum q̃ spes per se habet q̃ adiuuet operationez intendendo ipsam: ⁊ hoc ex duobus. Primo quidem ex ratione sui obiecti: quod est bonum arduum possibile: existimatio enim ardui excitat attentionem: existimatio vero possibilis nõ retardat conatum: vnde sequitur q̃ homo intente operet̃ pptер spem. Secundo vero ex ratione sui

effectus: spes enim vt supra dictum est: causat delectationem: que adiuuat opationem: vt supra dictū est: vnde spes opationem adiuuat. ¶ Ad ꝑmū ergo dom ꝙ spes respicit bonum cōsequēdū: securitas autez respicit malū vitandū: vnde securitas magis videt opponi timori q̄ ad spem ptinere: z tamē securitas nō causat negligentiam nisi inquātū diminuit existimationē ardui: in quo etiam diminuit ratio spei. Illa enim in quibus homo nullū impedimentū timet: quasi iam non reputantur ardua. ¶ Ad scom dom ꝙ spes per se causat delectationē: sed per accidens est vt causet tristitiaz: vt supra dictum est. ¶ Ad tertium dom ꝙ desperatio in bello fit periculosa ꝓp aliquā spem adiunctam. Illi enim qui desperant de fuga debilitant in fugiēdo: sed sperant mortem suam vindicare: z ideo ex hac spe acrius pugnant: vnde periculosi hostibus fiunt.

¶ Questio. XLI.



Onsequenter cōsiderandum est primo de timore: z secūdo ō audacia. ¶ Circa timorez considerāda sunt quattuor. ꝑmo de ipso timore. Scōo de obiecto eius. Tertio de causa ipsius. Quarto de effectu. ¶ Circa primuz querunt quattuor. ꝑmo vtrū timor sit passio anime. Scōo vtruz sit species passio. Tertio vtz sit aliqs timor naturalis. Quarto de speciebus timoris.

Ad primum sic ꝓceditur. Uidet ꝙ timor nō sit passio anime. Dic enim Damascen⁹ in lib.3.ꝙ timor est virtus fm sistolez.i. ꝯctionem essentie desideratiua: sed nulla virtus est passio: vt ꝓbat in.7.ethicoz: ergo timor non est passio. ¶ ꝑ. Omnis passio est effectus ex ꝑsentia agentis ꝓueniens: sed timor non est de aliquo ꝑsenti sed de futuro: vt Damas. dic in secūdo lib. ergo timor non est passio. ¶ ꝑ. Omnis passio aie est motus appetitus sensitiui qui sequit apꝓhensionē sensus: sensus aūt nō est apꝓhensiuus futuri: sed ꝑsentis: cuz ergo timor sit de malo futuro: videt ꝙ non sit passio anime. ¶ Sed ꝯ est ꝙ Augusti. in 14.⁰ de ciui. dei enumerat timorem inter alias anime passiones. ¶ Rñ⁰. dom ꝙ inter ceteros anime motꝰ post tristitiā timor magis ratiōez obtinet passionis. Ut enī supra dictū est: ad rōnem passionis ꝑmo quidez pertinet ꝙ sit motus passiue virtutis: ad quā. s. comparet suuz obm p modum actiui mouētis: eo ꝙ passio est effectus agentis: z p hunc modū etiaz sentire z intelligere dicunt pati. Secūdo magis ꝓprie dicit passio motus appetitiue virtutis habentis organū corpale: qui fit cum aliqua transmutatione corporali. Et adhuc ꝓprissime illi motus passiones dicuntur qui important aliquod nocumētū. Manifestuz est autem ꝙ timor cum sit de malo ad appetitiuaz potētiaz pertinet: que per se respicit bonū z maluz: pertinet antez ad appetitum sensitiuū: fit enī cū q̄daz trāsmutatione. s. cū ꝯctione: vt Damas. dic. z importat etiaz habitudinez ad maluz: fm ꝙ maluz habz quodāmodo victoriaz super aliquod bonū. vnde verissime sibi cōpetit ratio passiōis: tamē post tristitiaz que ē de ꝑsenti malo. naz timor est de malo futuro: qō nō ita mouet sic ꝑsens. ¶ Ad ꝑmū ergo dom ꝙ virtus nominat quoddā ꝓncipiuz actiōis: z ideo inquātū interiores motus appetitiue virtutis sunt ꝓncipia exteriorū actuū dicunt vtutes. philosophus autē negat passionē esse virtutē que est habitus. ¶ Ad scom dom ꝙ sic passio corporis naturalis ꝓuenit ex corpali ꝑsentia agentis: ita passio anime ꝓuenit ex aīali ꝑsentia agentis absq; ꝑsentia corpali vl rei li inquātū. s. malum quod est futurū realiter est ꝑsens fm apꝓhensionez anime. ¶ Ad tertiū dom ꝙ sensus nō apprehendit futurum: sed ex eo ꝙ apprehēdit ꝑsens animal naturali instinctu mouetur ad sperandum futurum bonum: vel timendum futurum malum.

Ad secundum sic ꝓcedit. Uidet ꝙ timor nō sit specialis passio. Dic enī Aug⁹ in lib.83.q.ꝙ quē nō exanimat metus: nec ꝙ cupiditas cuncta vastat: nec egritudo. i. tristitia euz macerat: nec ventilat gestiēs z vana letitia. ex quo videt ꝙ remoto timore omnes alie passiōes remouent: nō ergo passio ē specialis sed generalis. ¶ ꝑ. Philosophus dic in.6. ethicoz: ꝙ ita se habz in appetitiu ꝓsecutio z fuga sic i ītellectu affirmatio z negatio sz negatio nō ē aliqd spāle in ītellectu: sic nec affirmatio: sz nihil aliqd cōmune ad multa: ergo nec fuga in appetitu: sz nihil est aliud timor q̄ fuga quedā mali. ergo timor specialis non est passio specialis. ¶ ꝑ. Si timor esset passio specialis: ꝓcipue in irascibili esset: est autē timor etiaz in cōcupiscibili. Dic enī philosophus in.2. rhetoricoz: ꝙ timor est tristitia q̄dā. Et Damas. dic ꝙ timor est vtus desideratiua. tristitia aūt z desiderium sūt in cōcupiscibili: vt supra dictū est. non est ergo passio specialis cū ptineat ad diuersas potentias. ¶ Sed ꝯ est ꝙ cōdiuidit alys passionibus anime: vt ps p Damas. in secūdo lib. ¶ Rñ⁰. dom ꝙ passiones aie recipiūt speciez ex obiectis: vnde specialis passio est que habet speciale obm. timor autē habz speciale obm fic z spes. Sic enī obm spei est bonum futurū arduum possibile adipisci: ita obm timoris est malū futurū difficile cui resisti nō pōt: vñ timor ē specialis passio anime. ¶ Ad ꝑmū ergo dom ꝙ passiones anime deriuant ex vno ꝓncipio. s. ex amore: i quo habēt adinuicē cōnexionez: z rōne huius cōnexionis remoto timore remouent alie passiones anime: nō ideo q; sit passio generalis. ¶ Ad scom dom ꝙ nō oīs fuga appetitus est timor: sed fuga ab aliquo speciali obiecto: vt dictum ē: licz fuga sit quoddam generale: tamē timor ē passio specialis. ¶ Ad tertiū dom ꝙ timor nullo modo ē in cōcupiscibili: nō enī respicit malū absolute: sed cuz quadā difficultate vel arduitate: vt ei resisti vix possit. Sed q; passiones irascibiles deriuant a passionib⁹ cōcupiscibilis z ad eas terminātur: vt supra dictum ē: ideo timori attribuunt ea que sit cōcupiscibilis: dī enī timor eē tristitia inq̄ntum olim timoris ē cōtristans si ꝑsens fuerit: vñ z ꝑh̄s dic ibidem ꝙ timor ꝓcedit ex fantasia futuri mali corruptiui vel cōtristatiui. Sic militer z desiderium attribuit a Damas. timori: q; sic spes causat vel oritur a desiderio boni: ita timor est ex fuga mali: fuga aūt mali oritur ex desiderio boni: vt ex supra dictis ꝑz.

Ad tertium sic ꝓcedit. Uidet ꝙ timor aliquis sit nālis. Dic. n. Damas. in.3. lib. q; ē qdā timor nālis nolente anima diuidi a corpore. ¶ ꝑ. Timor ex amore oritur: vt dictum ē: sed est aliquis amor naturalis: vt Diony. dic. 4. ca. de di. no. ergo etiam ē aliqs timor naturalis. ¶ ꝑ. Timor opponit spei: vt supra dictum ē: sed aliq̄ spes nāe: vt ꝑz p id qō dī Ro. 4.⁰ de Abzaaz: ꝙ sperauit nāe in spez gr̄ie credidit: ergo etiā ē aliqs timor nāe. ¶ Sz ꝯ ea que sunt nālia cōiter iueniunt in rebus animatis tm: aiatis: sz timor nō iuenit in reb⁹ inaiatis: g timor nō ē nālis. ¶ Rñ⁰. dōz ꝙ aliqs motꝰ dr nālis: qz ad ipz inclinat nā: sic hoc ꝯtingit dupl̄r. Uno mō ꝙ totū perficit a nā absq; aliq̄ opatione apprehensiue virtutis: sic moueri sursum est motus naturalis ignis: z augeri est motus naturalis animalium z plantarum. Alio modo dicit motus naturalis qui licz non perficiat nisi per apprehensionez: qz sic supra dictum est: motus cognitiue z appetitiue virtutis reducunt in naturam sicut in ꝓncipium primum. Et per hunc modum etiam ipsi actus apprehensiue virtutis: vt intelligere: sentire: z memorari: z etiam motus appetitus animalis quandoq; dicuntur naturales: z per hunc modum potest dici timor nālis: z distinguit a timore non nāli secūdo rhetoricoruz: timor de malo corruptiuo. qō natura fm diuersitatem obiecti. Est enim vt philosophus dicit in

refugit pp nãle desideriũ eẽndi: ⁊ talis timor dr esse nãlis. Et iterum de malo contristatiuo quod non repugnat naturre: sed desiderio appetitus: ⁊ talis timor nõ est nãlis: sic etiã supra amor: concupiscẽtia: ⁊ delectatio distincta sũt p nãle ⁊ non nãle. Sed fm pmaz acceptionem nãlis sciendum est ꝙ quedaz de passionibus anime quãdoqz dicunt nãles: vt amor: desiderium ⁊ spes: alie vero nãles dici nõ possunt: ⁊ hoc ideo: ga amor: ⁊ odium: desideriuz ⁊ fuga importãt inclinationez quãdaz ad psequẽduz bonum ⁊ fugiẽdum malum: que quidẽ inclinatio pertinet etiam ad appetitũ nãlem: ⁊ ideo amor est qdem nãlis: ⁊ desideriuz vel spes põt quodãmodo dici etiaz in rebus nãlibus cognitione carẽtibus. sed alie passiones anime importãt quosdã motus: ad quos nullo modo sufficit inclinatio nãlis: vel ga de ratiõe haruz passionuz est sensus seu cognitio: sic dictũ est ꝙ apphensio requirit ad rationẽ delectationis ⁊ doloris: vnde q carent cognitione nõ possunt dici delectari vel dolere: aut ga huiusmodi motus sunt cõtra rõnem inclinationis nãlis: puta ꝙ desperatio refugit bonũ pp aliquã difficultatem: ⁊ timor refugit impugnationẽ mali ẽry: ad qõ est inclinatio nãlis: ⁊ ideo huiusmodi passiones nullo mõ attribuunt rebus inanimatis. Et per hoc pz responsio ad obiecta.

Ad quartum sic pceditur. Uidet ꝙ iconuenienter Damas. assignet sex species timoris. s. segnitiẽ: erubescentiã: verecũdiaz: admiratiõez: stupoꝛez: agoniã. Ut. n. phs dic in. z. rhetorice: timor est de malo ⁊tristatiuo: ergo spes timoris debẽt rndere speciebus tristitie. sũt autẽ quattuor species tristitie: vt supra dictum est: ergo solũ debent esse quattuor species timoris eis coꝛrespondentes. ℂ P̃. Illud qõ in actu nostro consistit: nostre ptãti subiacit: sed timor est de malo qõ excedit ptãtem nostram: vt dictũ est: nõ ergo segnities ⁊ erubescẽtia ⁊ verecundia q̃ respiciũt opationẽ nostram debẽt poni spes timoris. ℂ P̃. Timor est de futuro: vt dictũ est: sed verecũdia est de turpi actu iam cõmisso: vt Hꝛeg. nicenus dic: ergo verecundia non est spes timoris. ℂ P̃. Timor nõ est nisi de malo: sz admiratio ⁊ stupor no sunt de magno ⁊ insolito: siue bono siue malo. ergo admiratio ⁊ stupor non sunt species timoris. ℂ P̃. Philosophi ex admiratiõe sũt moti ad ingrendũ veritatem: vt dicit in pncipio metaphy. timor aũt nõ mouet ad ingrendum: sed magis ad fugiendũ: ergo admiratio nõ ẽ spes timoris. ℂ Sed in ꝛriũ sufficiat auctoritas Damas. ⁊ Hꝛeg. niceni. ℂ R̃ñ°. dõm ꝙ sic dictum est: timor ẽ de futuro malo quod excedit ptãtem timẽtis: vt. s. ei resisti non possit: sicut aũt bonũ hois ita ⁊ malũ potest cõsiderari: vel in opatione ipsius vel in exteriozibus reb°. In opatiõe aũt ipsius hois potest duplex malũ timeri. Primo qdez labor grauãs nãm: ⁊ sic causat segnicies: cũ. s. aliquis refugit opaꝛi pp timoꝛez excedentis laboꝛis. Scõo turpitudo ledens opinionem: ⁊ sic si turpitudo timeat in actu cõmittẽdo: est erubescẽtia: si aũt sit de turpi iaz facto: est verecũdia: malũ aũt qõ in exteriozibus rebus cõsistit triplr potest excedere hois facultatem ad resistendũ. Primo qdez rõne sue magnitudinis: cũ aliquis. s. cõsideꝛat aliquod magnũ malum: cuius exitũ ꝛsiderare non sufficit: ⁊ sic est admiratio. Scõo rõne dissuetudinis: ga. s. aliquod malum inconsuetũ nostre cõsiderationi offert: ⁊ sic est magnuz nostra reputatione: ⁊ hoc modo est stupoꝛ qui causat ex insolita imaginatione. Tertio modo rõne improuisionis: ga. s. ꝓuidere nõ potest: sic futura ifoꝛtunia timẽt: ⁊ talis timoꝛ dicit agonia. ℂ Ad pmũ ergo dõm ꝙ ille species tristitie que supra posite sunt: non accipiunt fm diuersitatem obiecti: sed fm effectus: ⁊ fm quasdã speciales rõnes: ⁊ ideo nõ opz ꝙ ille species tristitie respõdeant istis specieb° timoris q̃ accipiunt fm diuisionem ꝓpriam obiecti ipsius timoris. ℂ Ad scõm dõm ꝙ opatio fm ꝙ iam fit subdit potestati operãtis: sed aliquid circa opationem considerari potest facultatẽ operãtis excedens: ꝓpter qõ aliquis refugit actionem: ⁊ fm hoc segnicies: erubescẽtia: ⁊ verecũdia ponunt spes timoris. ℂ Ad tertiũ dõm ꝙ de actu ptẽrito põt timeri conuiciũ vl' oppꝛobrium futuꝛ: ⁊ fm hoc verecũdia est spes timoris. ℂ Ad quartũ dõm ꝙ nõ quelibz admiratio ⁊ stupoꝛ sunt spes timoris: sed admiratio que est de magno malo ⁊ stupoꝛ q est de malo insolito. vel põt dici ꝙ sic̃ segnicies refugit laboꝛẽ exteriozis operationis: ita admiratio ⁊ stupoꝛ refugiũt difficultatem ꝛsiderationis rei magne ⁊ insolite: siue sit bona siue mala: vt hoc mõ se habeat admiratio ⁊ stupoꝛ ad actũ intellectus: sic̃ segnities ad exteriozem actũ. ℂ Ad quintũ dõm ꝙ admiras refugit in psenti dare iudiciuz de eo quod miraꝛ timens defectũ: sed in futuꝛ ingrit: stupens autez timet ⁊ in psenti iudicare ⁊ in futuro ingrere: vnde admiratio est pncipium philosophandi: sed stupoꝛ est philosophice considerationis impedimẽtuz.

ℂ Questio. XLII.

Deinde considerãdũ est de obiecto timoris. ℂ Et circa hoc quer̃unt sex. Primo vtrũ bonũ sit obm timoris vel malũ. Scõo vtrũ maluz nãe sit obm timoris. Tertio vtrũ timoꝛ sit de malo culpe. Quarto vtrũ ipse timoꝛ timeri possit Quinto vtrũ repẽtina magis timeantur. Sexto vtrum ea contra que non est remedium magis timeantur.

Ad primum sic pceditur. Uidet ꝙ bonuz sit obz timoris. Dicit. n. Aug. in lib. 83. q. ꝙ nihil timemus nisi ne id qõ amam°: aut adeptũ amittam°: aut nõ adipiscamur spatũ: sed id qõ amam° ẽ bonũ: g̃ timoꝛ respicit bonũ sic̃ ꝓpriuz obm. ℂ Primo phs dic in. z. rhetoꝛicoꝛ: ꝙ ptãs ⁊ super aliũ ipm esse ẽ terribile: sz huiusmõi est quoddã bonũ: ergo bonũ ẽ obz timoris. ℂ P̃. In deo nihil malũ eẽ põt: sz mandat nobis vt deuz timeamus: fm illud ps. Timete deum oẽs sancti eius. ergo ⁊ timoꝛ est de bono. ℂ Sz ꝛ̃ est qõ Damas. dic in. z. lib. ꝙ timoꝛ est de malo futuro. ℂ R̃ñ°. dõz ꝙ timoꝛ ẽ qdã motus appetitiue vtutis: ad vtutez aũt appetitiuã ptinet ꝓsecutio ⁊ fuga: vt dr in. 6. ethi. Est aũt ꝓsecutio boni: fuga aũt mali: vñ quicunqz motus appetitiue vtutis iportat ꝓsecutionẽ bz aliquod bonũ p obto: qcũqz aũt iportat fugã: bz maluz p obto: vñ cum timoꝛ fugã quãdã iportet: p ⁊ p se respicit malũ sic̃ ꝓpriũ obz. põt aũt respicere etiã bonuz fm ꝙ bz habitudinez ad maluz: qõ qdem põt esse dupl'r. Uno qdez mõ inq̃tuz per malũ priuat bonũ: ex hoc aũt ipso ẽ aliqd malũ quod ẽ priuatiuũ boni: vnde cũ fugiat malũ quia malũ est: sequit vt fugiat q̃ puat bonũ qõ quis amãdo ꝓsequit: ⁊ fm hoc dic Aug. ꝙ nulla est causa timẽdi nisi ne amittat bonũ amatũ. Alio mõ ꝛpatur bonũ ad malũ: vt causa ipsius: inq̃tũ. s. aliqõ bonũ sua vtute põt ꝛducere aliqõ nocumẽtũ i bono amato: ⁊ iõ sic̃ spes vt supra dictũ ẽ: ad duo respicit. s. ad bonũ in qõ tẽdit: ⁊ ad id p qõ spat se bonũ cõcupitũ adipiscẽtia etiã timoꝛ ad duo respicit. s. ad malũ qõ refugit: ⁊ ad illud bonũ qõ sua vtute põt infligere malũ: ⁊ p hũc modũ deus timet ab hoie: inq̃tũ põt infligere penã: vl' spualẽ vel coꝛpalez: p hũc etiã modũ timet ptãs alicui° hois: maxime qñ est lesiua: vl' qñ ẽ iniusta: qz sic i pꝛoptu hz nocumẽtũ iferrẽdum etiã timet sup aliũ eẽ. i. initi aly: vt. s. in ei° ptãte sit ꝛstitutũ nob nocumẽtũ inferre: sic̃ ille q est conscius criminis: timet ne crimen reuelet. Et p hoc pz rnsio ad obiecta.

Ad secundum sic pceditur. Uidet ꝙ timoꝛ nõ sit de malo nature. Dicit enim philosopus in. z. rhetoꝛicoꝛ: ꝙ timoꝛ cõsiliatiuos facit. nõ autez cõsiliamur de his que a natura eueniunt: vt dicit in. 3. ethi coꝛuz: ergo timoꝛ non est de malo nature. ℂ P̃. Defectus

nāles semper homini iminent: vt mors & alia huiusmodi: si igit de huiusmodi malis eēt timor: oporteret q̄ hō semp eēt i timore. ¶ P̄. Natura nō mouet ad ōria: sz malum nāe ꝓuenit ex nā: ergo q̄ timēdo aliqs refugiat hmōi malum non ē a natura: timor ergo naturalis nō est de malo nāe: ad quē tamē hoc malū ptinere videt. ¶ Sed ō est qō phs dic i. 3. ethicoꝝ: q̄ inter oia terribilissimū ē mors que est malū nāe. ¶ Rñ°. dōm q̄ sic philosophus dic in. 2. rhetorice: timor ꝓuenit ex fantasia futuri malū corruptiui vel ꝓtristatiui: sic aūt ꝓtristatiuum malū est quod ōriat voluntati: ita corruptiuum malū est qō ōriat nature: & hoc est malū nāe: vnde de malo nāe potest esse timor. Sed ꝓsiderandum est q̄ malum nāe quādoq; est a causa nāli: & tunc dicit malum nāe: nō solum q̄ ꝓuat nāe bonum: sed etiam quia est effectus nature: sicut mors nālis: & alia huiusmodi defectus: aliquādo vero malum nāe ꝓuenit ex causa nonnāli: sicut mors que violēter infert a persecutore: & vtroq; modo malum nature quodāmodo timet: & quodāmodo non timet. Cum enim timor ꝓueniat ex fantasia futuri mali: vt dicit philosophus: illud quod remouet futuri mali fantasiam: excludit etiam timorem: q̄ autem nō appareat aliquod malū vt futurum potest ex duobus contingere. Uno qdem mō ex hoc q̄ est remotū & distans: hoc enim ꝓpter distantiam imaginamur vt non futurum: & ideo vel non timemus: vel parū timemus. Ut enim phs dic in. 2. rhetoricoꝝ. Que valde longe sunt nō timent: sciunt enim oēs q̄ morient: sz ga nō ꝓpe est nihil curant. Alio mō estimat aliqō malū quod est futurū vt nō futurū: pp necessitatem que facit ipm estimare vt p̄sens. vnde phs dic in. 3. rhetoricoꝝ: q̄ illi q iam deca/pitant nō timēt videntes sibi necessitatē mortis iminere. Sed ad hoc q̄ aliqs timeat: opz ēesse aliquā spem salutis: sic igit malū nāe nō timet: ga nō apphendit vt futurū. Si/vero malū nāe qō est corruptiuū apphendat vt ꝓpinquū: & tamē cū aliq̄ spe euasionis: tūc timebit. ¶ Ad ꝑmū ergo dōm q̄ malū nāe quādoq; non ꝓuenit a nā: vt dictū est: sz tamen q̄ a nā ꝓuenit: et si nō ex toto vitari possit: pōt tamē differri: & sub hac spe pōt esse consiliuz de vitatione ipsius. ¶ Ad scōm dōm q̄ maluz nāe & si semp imineat nō tamē semper imminet de ꝓpinquo: & ideo non semper timetur. ¶ Ad tertiuz dōz q̄ mors & alij defectus nāe ꝓueniunt a nā vniuersali: gbus tamē repugnat nā particularis q̄tum pōt: & sic ex inclinatiōe particularis nāe est dolor & tristitia de hmōi malis cū sunt p̄sentia: & timor si imineāt i futuro.

Ad tertium sic ꝓcedit. Uidet q̄ timor possit eē de malo culpe. Dic enim Aug. sup canonicā Joānis: q̄ timore casto timet hō sepationem a deo: sed nihil sepat nos a deo nisi culpa: ꝟm illud Esa. 59. Peccata vestra diuiserūt inter vos & deū vestrum. ergo timor pōt esse de malo culpe. ¶ P̄. Tullius dicit in 4° de tusculanis questionibus: q̄ de illis timemus cū futura sūt: de quoruz p̄sentia tristamur: sed de malo culpe pōt aliquis dolere vel tristari: ergo etiam aliqs maluz culpe potest timere. ¶ P̄. Spes timori opponit: sed spes potest eē de bono virtutis: vt pz per philosophū in. 9. ethicoꝝ: & apostolus dic ad Gal. 6. Confido de vobis in dño: quod nihil aliud sapietis. ergo etiam timor pōt esse de malo culpe. ¶ P̄. Uerecundia est quedā species timoris: vt supra dictū est: sed verecūdia est de turpi facto: quod est maluz culpe: ergo & timor. ¶ Sed ō est quod philosophus dic in secūdo rhetoricoꝝ. q̄ nō oia mala timent: puta si aliqs erit iniust° aut tardus. ¶ Rñ°. dōm q̄ sic supra dictum est: sic obm spei est bonum futurū arduuz quod quis pōt adipisci: ita timor est de malo futuro arduo quod nō pōt de facili vitari. Ex quo pōt accipi q̄ id quod oino subiacet potestati & voluntati nostre non hz rationē terribilis: sed illud solum est terribile quod habet causam extrinsecā: malum aūt culpe ꝓpriam causaz hz voluntatem humanā: & ideo ꝓprie nō habet rationē terribilis: sz qz volūtas ab aliquo exteriori potest inclinari ad peccādum: si illud inclinans habeat magnaz vim ad inclinandū: ꝟm hoc poterit esse timor de malo culpe inquātum est ab exteriori causa: puta cuz aliquis timet cōmoueri in societate maloꝝ ne ab eis ad peccanduz inducat: sed ꝓprie loquēdo in tali dispositiōe magis timet homo seductionē: q̄ culpam ꝟm ꝓpriaz rationez. i. inquantū est voluntaria: sic enim nō habz vt timeat. ¶ Ad ꝑmuz ergo dōm q̄ separatio a deo est quedā pena consequēs peccatū: & omnis pena alia quo modo est ab exteriori causa. ¶ Ad scōm dōm q̄ timor differt a tristitia & timor in vno conueniūt: qz vtrūq; est de malo ꝓsenti autē in duobus. In vno quidē: ga tristitia est de malo ꝓsenti timor de malo futuro. In alio vero qz tristitia est de quocūq; malo: siue paruo: siue magno. timor vero cū sit irascibilis: respicit malū cum quadam arduitate seu difficultate. que tollit inquātuz aliquid subiacet voluntati: & ideo non oia timemus que sūt futura: de quibus tristamur cuz sunt p̄sentia: sed aliqua que scilicet sunt ardua. ¶ Ad tertiū dōm q̄ spes ē de bono quod quis potest adipisci. ꝓpter quod autē aliquis adipisci bonum vel per se vel p aliuz: & iō ipse potest esse de actu virtutis que est in potestate nostra cōsequibilis: sed timor est de malo quod nō subiacet nostre potestati: & ideo semp maluz quod timet est a causa extrinseca: & bonū autez quod speraī potest esse & a causa intrinseca: & a causa extrinseca. ¶ Ad quartū dicendū q̄ sic supra dictum est: verecundia nō est timor de actu ipso peccati: sed de turpitudine vel ignominia que consequitur ipsum: que est a causa extrinseca.

Ad quartum sic ꝓcedit. Uidet q̄ timor timēdo custodiat ne amittat: sic ille qui timet amittere sanitatem: timēdo custodit eam: si igit timor timeat: timendo se custodiet homo ne timeat: qō videt esse inconueniens. ¶ P̄. Timor est quedā fuga: sed nihil fugit seipsum: ergo timor non timet timorez. ¶ P̄. Timor est de futuro: sed ille qui timet iam habz timorē: nō ergo potest timere timorem. ¶ Sed cōtra est q̄ homo potest amare amorez & dolere de dolore: ergo etiam pari ratiōe potest timere timorem. ¶ Rñ°. dōm q̄ sic dictum est: illud solum habz rationez terribilis quod ex causa extrinseci ꝓuenit: non autem quod ꝓuenit ex volūtate nostra: timor autē partim ꝓuenit ex causa extrinseca: & partim subiacet voluntati. ꝓuenit q̄dem ex causa extrinseca: inquātum est passio quedam consequēs fantasiaz iminētis mali: & ꝟm hoc pōt aliquis timere timorem: ne. s. imineat ei necessitas timendi. ꝓpter inclinationē gruētiam alicuius excellentis mali: subiacet autem voluntati inquantū appetitus inferior obedit rationi: vnde homo potest timorē repellere: & ꝟz hoc timor nō potest timeri: vt dic Aug. i lib. 83. q. sed ga rationibus quas inducit aliqs posset vti ad ostendēduz q̄ timor nullo modo timeat: ideo adeas rñdēduz ē. ¶ Ad ꝑmū ergo dōz q̄ nō oēs timores timent sed scōz diuersa que timent sunt diuersi timores: nihil ergo prohibz quin in vno timore aliquis p̄sernet se ab alio timore: & sic custodiat se nō timētez illo timore. ¶ Ad scōm dōz q̄ cū sit alius timor quo timet malum iminēs: nō tamē & alius timor quo timet ipse timor mali iminētis: nō tamē sequit q̄ idem fugiat seipsum: vel q̄ sit idez fuga & ꝑsecutio. ¶ Ad tertiū dōm q̄ ꝓpter diuersitatem timoꝝ. timore p̄senti pōt homo timere futurū timorez.

Ad quintum sic ꝓcedit. Uidet q̄ insolita repentina non sint magis terribilia. Sicut enim spes est de bono: ita timor est de malo: sed experientia facit ad augmentuz spei in bonis: ergo etiam facit ad augmentum timoris in malis. ¶ P̄. Philosophus

dicit in.z.rhetoricoꝝ:q magis timent nō q acute sunt ire: sed mites ⁊ astuti.cōstat aūt q illi q acute ire sūt:magis habēt subitos motus:ergo ea q̄ sūt subita sunt minus terribilia.¶ Ꝓ.Que sūt subita minus cōsiderari possunt.sz tanto in.z.ethi.q aliq̄ vident fortes pp ignorantiā: q si cognouerint q aliud sint q̄ suspicant fugiunt.ergo repentina min⁹ timent.¶ Sed ꝺ est qō Aug.dic i.z.cōfes.Timor īsolita ⁊ repentina exhorrescit rebus que amant aduersari dū pcauet securitati.¶ Rñ⁹.dom q sic supra dictū ē: obm timoris est malū iminens qō nō de facili repelli pōt: hoc aūt ex duobus cōtingit.s.ex magnitudine mali: ⁊ ex debilitate timētis:ad vtrūq aūt horꝝ operat q aliqd sit īsolitū ⁊ repentinū.Primo q̄dez fac ad hoc q malū iminens magis appareat:omnia.n.corpalia ⁊ bona ⁊ mala q̄nto magis cōsiderātis mali mitigat:vt pz p Tullū in 3⁰ de tusculanis qōnib⁹: quid eē insolitū ⁊ repentinū fac ad debilitatē timētis:īquātū subtrahit remedia que hō potest pparare ad repellendū futurū malū:que eē nō pōt qñ ex improuiso malū occurrit.¶ Ad pmū ergo dōz q obiectū spei ē bonū qō quis potest adipisci:⁊ iō ea que augmētant ptātez hoīs:nata sunt augere spem:⁊ eadem rōne diminuere timorē:qz timor ē ō mala nō de facili potest resisti. Quia igit expientia fac homīnē magis potentē ad operādū:ideo sic auget spez: ita diminuit timorē.¶ Ad scōm dōm q illi q hñt iraz acutā nō occultant eā:⁊ ideo nocumēta ab eis illata:nō ita sunt repētina q̄ puideant:sed hoīes mites ⁊ astuti occultāt irā:⁊ iō nocumētum qō ab eis iminet:nō potest puideri:sed ex improuiso aduenit.⁊ pter hoc phs dic q tales magis timentur.¶ Ad tertiū dōz q per se loquēdo bona vl mala corpalia i pncipio maiora apparēt:cui⁹ rō est: qz vnūqōq magis apparet cōtrario iuxta se posito: vnde cū aliqs statī a paupertate ad diuitias trāsit:pter pauptatē pexistentē diuitias magis estimat:⁊ ecōuerso diuites statiz ad pauptatē deuenientes:eā magis horrent:⁊ pter hoc malū repentinū magis timet:qz magis videt eē malū: sed potest pter aliqō accidēs cōtingere q magnitudo alicuius mali lateat: puta cum hostes se insidiose occultāt:⁊ tūc vez est q malum ex diligenti cōsideratione fit terribilius.

Ad sextum sic pcedit. Videt q ea q̄ nō habēt remediū nō sint magis timēda. Ad timorem.n.requirit q remaneat aliqua spes salutis:vt supra dictū est: sed in malis que nō habēt remediū nulla remanet spes salutis:ergo talia mala nullo modo timet.¶ Ꝓ. Malo mortis nullū remedium adhiberi pōt:nō.n.fm nām pōt esse reditus a morte ad vitā:nō tamē mors maxime timet vt dic phs in.z.rhetoricoꝝ: nō ergo ea magis timent que remediū nō habēt.¶ Ꝓ.Philosophus dic in pmo ethi. q nō est magis bonū qō est diuturnius eo qō ē vni⁹ diei:neq̄ qō est ppetuum eo qō non est ppetuū:ergo eadē rōne neq̄ malius malū:sed ea q̄ nō habēt remediū nō vident differre ab alys nisi pter diuturnitatē vel ppetuitatez:ergo pp hoc nō sūt peiora vel magis timēda.¶ Sed ꝺ est q phs dicit in.z.rhetoricoꝝ:q omnia timēda sūt terribiliora: quecūq si peccauerint corrigi nō ꝺtingit: aut quoꝝ auxilia nō sūt:aut nō facilia.¶ Rñ⁹.dom q obm timoris ē malū:vñ illud qō fac ad augmētū mali:fac ad augmētū timoris:malū aūt augeat:nō solū fm spem ipsius mali:sed etiā fz circūstantias:vt ex supra dictis apparet:iter ceteras aūt circunstantias diuturnitas vel ēt ppetuitas magis vident facere ad augmētū mali:ea.n.que sūt i tpe:fz durationē tpis quodāmodo mensurant: vñ si pati aliqd in tpe tanto est malū pati idē in duplo tpe apphendit vt duplatū:⁊ fm hanc rō nē pati idē i infinito tpe qō est ppetuo pati:bz quodāmodo infinitū augmētū: mala aūt que posteā aduenerint nō pōt bere remediū:vel nō de facili accipiunt vt ppetua vel diuturna:⁊ ideo maxime reddunt timēda.¶ Ad pmū q̄ dom q remediū mali est duplex. Unū p qō impedit futurū malū ne aduenīat:⁊ tali remedio sublato auferet spes:⁊ p cōsequēs timor:vnde ō tali remedio nūc nō logmur. Aliud remediū mali est quo malū iaz pñs removet:⁊ de tali remedio nūc logmur.¶ Ad scōm dom q licet mors sit irremediabile malum:tñ qz nūc iminet de ppe:nō timet: vt supra dictū ē.¶ Ad tertiū dōz q phs ibi loquit de p se bono:qō est bonū fm spem suā:sic aūt nō fit aliquid magis bonū pp diuturnitatē vel ppetuitatē:sed pp nām ipsius boni.

¶ Questio. XLIII.

Deinde cōsiderandū est de causa timoris.¶ Et circa hoc q̄runtur duo. Primo vtrū causa timoris sit amor. z⁰ vtrū cā timoris sit defectus.

Ad primum sic pcedit. Videtur q amor non sit cā timoris. Illud.n.qō introducit aliquid est cā eius:sed timor introducit amorē charitatis: vt Aug.dic sup canonicā Joannis:ergo timor est cā amoris,⁊ nō ecōuerso.¶ Ꝓ. Phs dic in.z.rhetoricoꝝ:q illi qui maxime timent a ḡbus expectamus iminere nobis aliq̄ mala:sed pter hoc q ab aliquo expectam⁹ malū:magis puocamur ad odiū eius q̄ ad amorē:ergo timor magis causat ab odio q̄ ab amore.¶ Ꝓ.Supra dictū est q ea que sūt a nobis fipsis nō habēt rōnē terribilium:sed ea que sūt ex amore maxime pueniūt ex itimo cordis: ergo timor ex amore nō causat.¶ Sed ꝺ est qō Aug.dic i lib.83.q. Nulli dubiū est nō aliā eē metuēdi cām nisi ne id qō amamus:aut adeptū amittamus:aut nō adipiscamur speratuz. oīs ergo timor causat ex hoc q aliqd amamus. amor igit est causa timoris.¶ Rñ⁹.dom q obta passionū aīe se habēt ad eas tāq̄ forme ad res nāles vel artificiales:qz passiones aīe spēz recipiunt ab obtis sic⁊ res pdictē a suis formis. Sic igit qcqd est cā forme:est cā rei constitute p ipsam: ita etiam qcqd ⁊ quocūq modo ē cā obiecti:est causa passiōis.Contigit aūt aliqd esse cām obiecti: vel p modū cāe efficiētis vel p modum dispositiōis materialis:sic⁊ obm delectatiōis est bonū apparēs cōueniēs coniunctuz:cuius cā efficiēs est illud qō facit ꝺiunctiōem:vel qō fac conueniētia vel bonitatem vl apparentiā hmōi boni:causa aūt per modū dispositiōis materialis est habitus vl quecūq dispositio:fm quā fit alicui cōueniens aut apparēs illud bonū qō est ei coniunctū.Sic igit in ppōsito obm timoris est estimatū maluz futurū p pinquū:cui resisti de facili nō pōt:⁊ ideo illud quod pōt inferre tale malū est causa effectiua obiecti timoris: ⁊ per cō sequēs ipsius timoris. Illud aūt per qō aliquis ita disponit vt aliqd sit ei tale:est cā timoris ⁊ obiecti eius per modum dispositiōis mālis:⁊ hoc modo amor est cā timoris ex hoc eniz q aliqs amat aliquod bonuz:sequit q̄ puatiuuz talis boni sit ei malū:⁊ per consequens q timeat ipsuz tāq̄ malum.¶ Ad pmum ergo dom q sic supra dictum est:timor per se ⁊ pmo respicit ad malum quod refugit: qō opponit alicui bono amato:⁊ sic p se timor nascit ex amore:secūdario vero respic ad id per quod puenit tale maluz: ⁊ sic per accidens:quandoq timor inducit amorē inq̄tum.s.homo qui timet puniri a deo seruat mandata eius:⁊ sic incipit sperare:⁊ spes introducit amorez:vt supra dcm est.¶ Ad z^m dom q ille a quo expectant mala:pmo qdem odio habet: sed posteā ab ipso iā icipiunt sperari bona:tunc incipit amari:bonū aūt cui ꝺriat malū quod timet a pncipio amabat.¶ Ad tertiū dom q rō illa pcedit de eo qō est causa mali terribilis per modum efficientis:amor aūt est causa eius p modum materialis dispositionis:vt dictum est.

Ad secundum sic ꝓcedit. Uidet ꝙ defect⁹ nō sit causa timoris. Illi.n.ꝙ potentiam habēt maxime timent: sed defectus ɔriatur potētie: ergo defectus nō est causa timoris. ¶ Ꝑ. Illi q iā decapitātur maxie sunt ī defectu: sed tales nō timēt: vt dicit ī.z.rhetoricoꝝ: ergo defect⁹ nō est causa timoris. ¶ Ꝑ. Decertare ex fortitudīe nō ꝓuenit ex defectu: ſz decertātes timēt eos q ꝓ eisdem decertant: vt dicit in.z.rhetoricoꝝ. ergo defectus nō ē cā timoris. ¶ Sed ɔ. ɔtrarioꝝ ɔtrarie sūt cause: sed diuitie ⁊ robur ⁊ multitudo amicoꝝ ⁊ ptās excludūt timorē: vt dicit in.z.rhetoricoꝝ: ergo ex defectu hoꝝ timor causat. ¶ R⁹ñ⁹. dōm ꝙ sic supra dictum ē: duplex cā timoris accipi pōt. vna qdem ꝓ modū materialis dispositōis ex pte eius q timet: alia ꝓ modū cause efficiētis ex parte eius qui timet. Quātū igitur ad ꝑmū defectus per se loquēdo ē causa timoris: ex aliquo.n. defectu ⁊tutis ɔtingit ꝙ nō possit aliqs de facili repellere iminēs malū: ſz tamē ad causandū timorē requirit defect⁹ cum aliqua mensura: minor.n. est defectus q cāt timorē futuri mali: q̄ defectus cōsequēs malū ꝑsens: de quo est tristitia: ⁊ adhuc eēt maior defectus si totaliter sensus mali auferret: vel amor boni: cuius ɔrium timet. Quantū vero ad scōm: virtus ⁊ robur ꝓ se loquēdo est causa timoris. ex hoc.n. ꝙ aliqd quod appꝛhendit vt nociuū est ⁊tuosum: ɔtingit ꝙ eius effectus repelli nō potest: ɔtingit tamē ꝓ accidens ꝙ aliqs defectus ex ista pte cāt timorem: inq̄ntum ex aliquo defectu ɔtingit ꝙ aliqs velit nocumētū inferre: puta ꝓpter iniustitiā vel qz ante lesus fuit: vl qz timet ledi. ¶ Ad ꝑmuū ergo dōz ꝙ ratio illa ꝓcedit de causa timoris ex pte cause efficiētis. ¶ Ad scōm dōz ꝙ illi qui iaz decapitant sunt ī passione ꝑsentis mali: ⁊ ideo iste defectus excedit mensurā timoris. ¶ Ad tertiū dōz ꝙ decertantes timēt nō ꝓpter potētiam qua decertare possunt: sed ꝓpter defectum potētie: ex quo contingit ꝙ se superaturos non confidunt.

¶ Questio. XLIIII.

Deinde considerādū est de effectibus timoris. ¶ Et circa hoc querunt quattuor. ⁊ Primo vtꝝ timor faciat ɔctionē. Secō vtrū faciat cōsiliatiuos. Tertio vtrum faciat tremorem. Quarto vtrum impediat opationē.

Ad secundum sic ꝓcedit̄. Videt̄ q̄ vtutes morales nō distinguāt̄ abinuicez p hoc q̄ q̄dam sūt circa opationes: q̄dā circa passiōes. Dic̄. n. phs ī .z. ethico. q̄ virtus moralis est circa delectatiōes ⁊ tristitias optimoꝝ opatiua. ſz voluptates ⁊ tristitie sūt passiones q̄dā: vt supra dictū est: ergo eadē vtus q̄ est circa passiones: est etiā circa opationes: vtpote opatiua exñs. ¶ Ꝑ. Passiones sūt ꝓncipia exterioruz opationuz. si ergo alique vtutes rectificāt passiōes: opz q̄ etiam p ꝑs rectificēt operationes: eedem ergo vtutes morales sūt circa passiones ⁊ opationes. ¶ Ꝑ. Ad oēm opationez exteriorē mouet̄ appetitus sensitiuus bene vel male: sed motus appetitus sensitiui sūt passiones: ergo eedem vtututes que sūt circa opationes sūt circa passiōes. ¶ Sed ɔ̄ est q̄ phs ponit iustitiā circa opationē: tempantiā aūt ⁊ foztitudinē ⁊ māsuetudinē circa passiones quasdā. ¶ Rñ°. dōm q̄ opatio ⁊ passio dupl'r pōt compari ad vtutē. Uno mō sic̄ effect⁹: ⁊ boc mō oīs moralis virtus hz aliquas opationes bonas: quaꝝ ē ꝑductiua: ⁊ delectationē aliqnā vel tristitiaz: que sūt passiones: vt supra dictū ē. Alio mō potest compari opatio ad virtutem moralē: sic̄ mā circa quā est: ⁊ fm hoc opz aliās esse vtutes morales circa opatiōes: ⁊ alias circa passiones: currō est: qz bonū ⁊ malū ī gbusdam opationib⁹ attendit̄ fm seipsas q̄litercūq; homo afficiat̄ ad eas: in q̄ctū. s. ⁊ bonū in eis maluz accipit̄ fm rōnem cōmēsurationis ad altez: ⁊ in talib⁹ opz q̄ sit aliq̄ virtus directiua opationū: fm seipsas sic̄ sunt emptio ⁊ vēditio: ⁊ hmōi opationes ī gbus attendit̄ rō debiti vel idebiti ad altez: ⁊ pp hoc iustitia ⁊ partes ei⁹. ꝓprie sūt circa opationes: sic̄ circa ꝓpriā māz. In gbusdam vero opationibus bonū ⁊ malū attendit̄ solū fm cōmēsurationē ad opantez: ⁊ iō opz in his bonū ⁊ malū considerari fz q̄ homo bene vl' male afficit̄ circa hmōi: ⁊ pp hoc opz q̄ vtutes ī talibus sint ꝓncipal'r circa ītериozes affectiones: q̄ dicūt̄ aīe passiones: sic̄ pz de tempantia: foztitudine: ⁊ alys huiusmodi. Contigit aūt q̄ ī opationib⁹ que sūt ad altez: ꝓtermittat̄ bonū virtutis pp inordinataz animi ꝓportionē: ⁊ tūc iq̄ntum corrumpit̄ cōmēsuratio exteriozis operationis est corruptio iustitie: iq̄ntum autē corrumpit̄ cōmensuratio interiorū passionū est corruptio alicui⁹ alterius virtutis: sic̄ cum pp iraz aliquis aliū pcutit ī ipsa pcussione iniuria debita corrumpit̄ iustitia: īmoderātia vero ire corrumpit mānsuetudo: ⁊ idem pz in alys. Et per hoc pz rūsio ad obiecta. Nā ꝑma rō ꝓcedit de opatione fm q̄ est effectus vtutis: alie due rōnes procedūt ex hoc q̄ ad idem concurrit opatio ⁊ passio: sed ī gbusdam virtus est ꝓncipal'r circa opationem: ī gbusdam circa passionem rōne predicta.

Ad tertium sic ꝓcedit̄. Videt̄ q̄ sit vna tm̄ vtus moralis circa opationes. Rectitudo enim oīum operationū exterioꝝ videt̄ ad iustitiam ptinere: sed iustitia est vna virtus: ergo vna sola virtus est circa opationes. ¶ Ꝑ. Operationes maxie differētes esse videntur: que ordinant̄ ad bonū vnius: ⁊ que ordinant̄ ad bonū multitudis: sed ista diuersitas nō diuersificat virtutes morales. Dic̄ eni phs ī. ſ. ethi. q̄ iustitia legalis q̄ ordinat actus hoīs ad cōmune bonū: non est aliud a virtute q̄ ordinat actus hoīs ad vnum tm̄: nisi fm rōnē: ergo diuersitas operationum non causat diuersitatē virtutū moraliū. ¶ Ꝑ. Sēi sūt diuerse virtutes morales circa diuersas opatiōes: oportet̄ q̄ fm diuersitatem operationū essz diuersitas virtutum moraliū: sed hoc pz esse falsuz: nā ad iustitiā ꝑtinet in diuersis generibus cōmutationū rectitudinē statuere: ⁊ ēt ī distributionibus: vt pz in. ſ. ethicoꝝ: non ergo diuerse vtutes sūt diuersarum operationuz. ¶ Sed ɔ̄ q̄ religio est alia virtus a pietate: quarū tamē vtraq; est circa opatiōes quasdam: ¶ Rñ°. dōm q̄ omnes virtutes morales q̄ sūt circa operationes: conueniūt in quadam generali rōne iustitie: que attendit̄ fm debitum ad alterum: distīguunt̄ aūt fm diuersas speciales rōnes: cuius rō est: qz in operationibus exterioribus ordo rōnis instituit̄: sic̄ dictum est: nō fm ꝓportionem ad affectionem hoīs: sed fm ipsaz conueniētiam rei ī seipsa: fm quā conueniētiam accipit̄ rō debiti eo quo ɔstituit̄ rō iustitie. Ad iustitiam enim pertinere videt̄ vt qs debitum reddat: vnde omnes huiusmodi virtutes q̄ sunt circa opationes: habēt aliquo modo rōnem iustitie: ſz debitum nō est vnius rōnis ī omnibus: aliter enim debet̄ aliquid equali: alr superiori: alr minori: ⁊ alr ex pacto vl' ex ꝓmisso: vel ex beneficio suscepto: ⁊ fm has diuersas rōnes debiti sumunt̄ diuerse vtutes: puta religio est per quā redditur debitum parentibus vel patrie: gratia est per quā redditur debitum benefactoribus: ⁊ sic de alys. ¶ Ad primū ergo dōz q̄ iustitia ꝓprie dicta ē vna specialis vtus q̄ tm̄ dicit pfectā rōnē debiti: q̄ fm equiualētiā pōt restitui: dicit m̄ ⁊ ampliato noie iustitia fz quācūq; debiti redditionē ⁊ fi

nō est vna specialis vtus. ¶ Ad scōm dōz q iustitia que intendit bonū cōmune: est alia virtus a iustitia q ordinat ad bonuz puatuz alicuius: vnde t ius cōmune distinguit a iure quato. Et Tulli⁹ ponit vnā specialē vtutem pietatē: q ordinat ad bonū patrie: sed iustitia ordinās hoiez ad bonū cōe est generalis p impiuz. q oēs actus vtutuz ordinat ad finē suuz. s. ad bonū cōmune: vtus aūt fm q a tali iustitia impatur: etiā iustitie nomē accipit: t sic vtus a iustitia legali non differt nisi rōne: sic̄ sola rōne differt vtus opans fz seipsaz: t vtus opans ad impium alteri⁹. ¶ Ad tertiū dōm q in oibus operatiōibus ad iustitiā specialē ptinētib⁹ est eadē rō debiti: t ideo ē eadē vtus iustitie: pcipue quātū ad cōmutationes: forte enim distributiva est alterius speciei a cōmutatiua sed de hoc infra quereť.

Ad quartum sic ꝓcedit. Uideť q circa passiones non sint diuerse vtutes moales. Eoz. n. que ꝓueniūt in ꝓncipio t fine vnus est habitus: sic̄ pz maxie in sciētys: sed oium passionū vnū est ꝓncipiuz. s. amor: t oēs ad eūdem finē terminant. s. ad delectationē vel tristitiā: vt supra habituz est. ergo circa oēs passiones est vna tm̄ moalis vtus. ¶ Ꝑ. Si circa diuersas passiones eēnt diuerse virtutes moales: sequereť q tot essent vtutes morales quot passiones: sed hoc pz esse falsū: q circa oppositas passiones est vna t eadē vtus moalis: sic̄ fortitudo circa timores t audacias: tpantia circa delectatiōes t tristitias: nō ergo opz q circa diuersas opatiōes sint diuerse vtutes morales. ¶ Ꝑ. Amor ꝓcupiscētia t delectatio sūt passiones specie differētes: vt supra habitū est: sed circa oēs has est vna vtus. s. tempantia: ergo vtutes morales nō sūt diuerse circa diuersas passiones. ¶ Sz ꝺ est q fortitudo ē circa timores t audacias: tpantia circa concupiscētias: māsuetudo circa iras: vt dr in. 3. t. 4. ethico. ¶ Rñ°. dōz q nō potest dici q circa oēs passiones sit vna sola vtus moalis: sūt. n. q dā passiones ad diuersas potētias ptinētes: alie nāq; pertinēt ad irascibilez: alie ad ꝓcupiscibilē: vt supra dictū est: nec tamē opz q ois diuersitas passionū sufficiat ad vtutes moales diuersificādas. Prio qdem q. q dam passiones sūt q sibi opponunt fm ꝺrietatez: sic̄ gaudiū t tristitia: timor t audacia t alia hmōi: t circa huiusmodi passiones sic oppositas opz esse vnā t eādem vtutem: cū. n. vtus moalis in quadā medietate cōsistat: mediū in ꝺrys passionib⁹ fm eandē rōnez instituit: sic̄ t in nālibus idez est mediū iter ꝺria: vt inter albuz t nigrū. Scōo q diuerse passiones inueniunt fm eūdē modū rōni repugnātes: puta fm ipulsum ad id qō est ꝺ rōnem: vel fm retractionē ab eo qō est fm rōnem: t ideo diuerse passiones cōcupiscibilis nō ptinēt ad diuersas vtutes moales: q ea⁹ motus fm quēdaz ordiné se inuicē consequunt: vtpote ad idem ordinati. s. ad cōsequendum bonuz vel ad fugiēdum malū: sic̄ ex amore ꝓcedit cōcupiscētia: t ex ꝓcupiscētia peruenit ad delectationē. Et eadez rō est de oppositis: q ex odio sequit fuga vel abominatio: q perducit ad tristitiā. Sed passiones irascibilis nō sūt vni⁹ ordinis: sz ad diuersa ordinant. nā audacia t timor ordinant ad aliqō magnū piculū: spes t despatio ad aliquod bonū arduū: ira aūt ad superandū aliqō ꝺriuz quod nocumētū intulit: t iō circa has passiones diuerse vtutes ordinant: vtpote tpantia circa passiones cōcupiscibilis: fortitudo circa timores t audacias: magnanimitas circa spez t despationē: māsuetudo circa iras. ¶ Ad ꝑmū ergo ꝺm q oēs passiones cōueniūt in vno ꝓncipio t fine cōmuni: nō aūt in vno ꝓprio ꝓncipio seu fine: vnde hoc nō sufficit ad vnitatem vtutis moalis. ¶ Ad scōm ꝺm q sic in nālibus idem est ꝓncipium quo recedit ab vno ꝓncipio t accedit ad aliud: t in rōnalibus ē eadem rō ꝺriorum: ita etiam vtus moalis que in modum cuiusdam ordinem: vt dictum est: t ideo ad eandem virtutem moalem pertinent.

Ad quintum sic ꝓcedit. Uideť q virtutes morales nō distinguant fm obta passionum: sic̄ enim sunt obiecta passionum: ita sunt obta opationum: sed virtutes morales que sūt circa opationes: non distinguunt fm obiecta operationuz: ad eādem enī virtutem iustitie pertinet emere vel vēdere domū t equuz: ergo etiaz nec virtutes morales que sūt circa passiones diuersificant p obta passionū. ¶ Ꝑ. Passiones sunt gdam actus vel motus appetitus sensitiui: sed maioz diuersitas regrit ad diuersitatem habituuz q̄ ad diuersitatē actuū: diuersa igit obiecta que non diuersificāt spēm passiōis nō diuersificabūt spēm vtutis moalis: ita. s. q de oibus delectationibus erit vna virtus moalis: t similr ē de alys. ¶ Ꝑ. Magis t minus nō diuersificāt spēz: sz diuersa delectabilia nō differūt nisi fm magis t minus: ergo oīa pertinēt ad vnam spēz vtutis: t eadez rōne omnia terribilia: t similr de alys. nō ergo vtus moalis distinguit fm obta passionuz. ¶ Ꝑ. Sic̄ vtus est opatiua boni: ita est impeditiua mali: sed circa cōcupiscētias bonoꝝ sūt diuerse vtutes: sic̄ tempantia circa ꝓcupiscētias delectationū tact⁹: t eutrapelia circa delectatiōes ludi: ergo etiā circa timores maloꝝ debēt esse diuerse vtutes. ¶ Sed ꝺ est q castitas est circa delectabilia venereoꝝ: abstinētia vero ē circa delectabilia ciboꝝ: t eutrapelia circa delectabilia ludoꝝ. ¶ Rñ°. dōm q pfectio virtutis ex rōne dependet: pfectio aūt passionis ex ipso appetitu sensitiuo: vnde opz q vtutes diuersificent fm ordinē ad rōnem: passiones aūt fm ordinez ad appetitū. Obiecta igit passionū fm q diuersimode ordinant ad appetitum sensitiuū: cānt diuersas passionuz spēs: fm vero q cōpant ad rōnem: cānt diuersas spēs vtutum: nō est aūt idem motus rōnis t appetitus sensitiui: vnde nihil ꝓhibz aliquam differētiam obiectoꝝ causare diuersitatem passionuz: que nō causat diuersitatem virtutū: sic̄ quādo vna virtus ē circa multas passiōes: vt dictū est: t aliquā etiā dr̄iam obtoꝝ causare diuersitatē virtutū que nō causat diuersitatez passionū: cū circa vnam passionē: puta delectationem: diuerse virtutes ordinent. Et q diuerse passiōes ad diuersas potētias ptinētes semp pertinēt ad diuersas vtutes: vt dcm ē: iō diuersitas obiectoꝝ q̄ respic̄ diuersitatē potētiaꝝ semp diuersificat spēs virtutum: puta q aligd sit bonum absolute: t aliqd bonū cū aliqua arduitate: t q. ordine quodā rō iferiores hois partes regit: t etiaz se ad exteriora extendit: ideo etiam fm q vnum obiectum passionis apprehendit sensu vel imaginatione: aut etiam rōne: t fm etiā q ptinet ad aiam corpus vel exteriores res: diuersam habitudinez hz ad rōnem: t p ois natum est diuersificare vtutes. bonū igit hois qō est obm amoris cōcupiscētie t delectationis: pōt accipi vel ad sensum corporis pertinēs: vl ad interioꝝ aie apprehēsionez: t hoc siue ordinet ad bonū hois i seipo: vel quātum ad corpus: vel quātum ad aiam: siue ordinet ad bonū hois i ordine ad alios: t ois talis diuersitas pp diuersum ordinē ad rōnez diuersificat virtutem. Sic igit si cōsideret aliquod bonū: sigdem sit p sensuz tactus apprehensū: t ad ꝓsistētiā humāe vite ptinēs i indiuiduo vl i specie: sic̄ sūt delectabilia ciboꝝ t venereoꝝ: erit ptinēs ad virtutem tempantie: delectationes aūt alioꝝ sensuuz: cū non sint vehementes non pstant aliquam difficultatem rōni: t ideo circa eas non ponit aliqua virtus que est circa difficile: sic̄ t ars. vt dicitur in secundo ethicoꝝ: bonū aūt nō sensu: sed interiori virtute apphensum ad ipsum hominez ptinens fm seipsum est sic̄ pecunia t bonoz: quoꝝ pecunia ordinabilis est de se ad bonum corporis: bonoz autē consistit in apprehensione aie. t hec quidem bona considerari possunt vel absolute fm q pertinent ad concupiscibilē: vel cū

arduitate quadam ſm q̄ pertinēt ad irascibilem: que q̄dē distinctio nō hz locuz in bonis que delectāt tactū: q̄ huiusmodi sunt quedā infima: z cōpetunt homini ſm q̄ conuenit cū brutis. Circa bonum igit̄ pecunie absolute sumptuz ſm q̄ est obm cōcupiscentie vel delectationis aut amoris est liberalitas: circa bonū aūt hmōi cū arduitate sumptum ſm q̄ est obz spei ē magnificētia: circa bonum vo q̄ ē honor: sigdem sit absolute sumptū ſm q̄ est obm amoris: sic est quedā vtus que vocat philotinia. i. amor honoris: si vo cū arduitate cōsideret hz q̄ est obiectū spei: sic est magnanimitas: vnde liberalitas z philotinia videnť esse inconcupiscibili: magnificētia vero z magnanimitas i irascibili bonū vero hois in ordine ad alium nō videt arduitatē hēre: sed accipit vt absolute sumptū: put est obm passionū cōcupiscibilis: q̄ q̄dem bonū potest esse alicui delectabile ſm q̄ pbet se alteri: vel in his que serio fiunt. i. in actionib⁹ per rōnem ordinatis ad debitum finez: vel in his que fiunt ludo. i. actionib⁹ ordinatis ad delectationē tātū: que nō eodē modo se hñt ad rationē sic̄ pma. Jn serys autem se exhibz aligs alteri dupl'r. Uno modo vt delectabilem decentib⁹ vbis z factis: z hoc ptinet ad quādam vtutem quā Aristoteles noīat amicitiaz: z potest dici affabilitas. Alio mō prebet se aliquis alteri vt manifestū per dicta z facta: z hoc ptinet ad aliā vtutem quā nominat veritatem: māifestatio enim ppinqui⁹ accedit ad rationē q̄ delectatio: z seria q̄z iocosa: vnde z circa delectationes ludoz est vtus quā phs eutrapeliā noīat. Sic igit̄ pz q̄ ſm Aristotelē sūt vndecim vtutes morales circa passiões. s. fortitudo: tempantia: liberalitas: magnificētia: magnanimitas: philotinia: mā uetudo: amicitia: veritas: eutrapelia: z iustitia: z distinguunt̄ hz diuersas materias: vel ſm diuersas passiones: vel hz diuersa obiecta. Si igit̄ addat̄ iustitia que est circa operationes: erunt oēs duodecim. ¶ Ad pmū ergo dōm q̄ oia obiecta eiusdem opationis ſm spēm eādem habitudinē habēt ad rōnem: nō aūt omnia obta eiusdē passiōis ſm spēz: q̄ opationes nō repugnāt rationi sic̄ passiones. ¶ Ad scōm dōm q̄ alia rōne diuersificant passiones z alia vtutes: sic̄ dictuz est. ¶ Ad tertiū dōm q̄ magis z minus diuersificant spēz nisi pp diuersam habitudinē ad rōnem. ¶ Ad quartū dōz q̄ bonum fortius est ad mouēdū q̄z malū: q̄ malū nō agit nisi vtute boni: vt Diony dic̄. 4. ca. de diui. no. vnde malū nō facit difficultatem rationi q̄ regrat vtutez: nisi sit excellens: q̄d videt esse vnū in vno genere passionis: vnde circa iras nō ponit̄ nisi vna vtus scilicz mānetudo: z simil'r circa audacias vna sola scilicz fortitudo: hz bonū ingerit difficultatem que regrit vtutē: etiā si nō sit excellēs i genere talis passionis: z ideo circa cōcupiscētias ponunt̄ diuerse virtutes morales: vt dictum est.

¶ Questio LXI.

Deinde considerāduz est de vtutib⁹ cardinalib⁹. ¶ Et circa hoc querunt̄ quinq;. Primo vtrū vtutes morales debeāt dici cardinales vel pncipales. Scōo de numero eaz. Tertio q̄ sint. Quarto vtrū differant abinuicez. Quinto vtrū diuidant̄ cōueniēter i vtutes politicas: z purgatorias: z purgati animi: z exēplares.

Ad primum sic pcedit. Uidet q̄ virtutes morales nō debeāt dici cardinales seu pncipales. Que. n. ex opposito diuidunt̄ sūt simul natura vt dicit̄ in pdicamētis: z sic vnū ex altero pncipali⁹: hz oēs vtutes ex opposito diuidūt genus vtutis: ergo nulle earuz debent dici pncipales. ¶ P. Finis pncipalioz est his q̄ sūt ad finē: sed vtutes theologice sunt circa finē: vtutes āt morales sūt circa ea que sūt ad finem: ergo vtutes morales nō debēt dici pncipales seu cardinales: sed magis theologice.

¶ P. Principalius est cō est per essentiā q̄z qō est pticipationē: sed vtutes intellectuales ptinent ad rōnale p essentiam: vtutes autem morales ptinēt ad rōnale p participationē. vt supra dictum est: ergo vtutes morales nō sūt pncipales: sed magis vtutes intellectuales. ¶ Sed ɔ ē qō Ambrosius dic̄ sup Lucā: exponēs illud. Beati pauperes spiritu. Scimus vtutes esse quatuoz cardinales. s. tempantiā: iustitiam: pudētiā: fortitudinem: he aūt sunt vtutes morales: ergo vtutes morales sūt cardinales. ¶ Rñ⁰. dōm q̄ cum simplr de vtute logmur: intelligimus log de vtute humana: virtus aūt humana: vt supra dictum ē: ſm pfectām rōnem vtutis dicit̄: que regrit rectitudinem appetitus: hmōi .n. vtus non solū facit facultatē bene agendi: sed ipsuz etiā vsum boni operis causat: sed ſm imperfectam rationē vtutis oī vtus que non regrit rectitudinem appetitus: q̄z solū facit faculratez bene agendi: nō aūt causat boni opis vsuz: cōstat aūt q̄ pfectum est pncipalius imperfecto: z ideo vtutes que continēt rectitudinē appetitus dicūt pncipales huiusmodi aūt sunt vtutes morales: z inter intellectuales sola pudētia: que etiā quodāmodo moralis est ſm māmonem ergo dōm q̄ quādo genus vniuocū diuidit̄ in suas species: tūc ptes diuisionis ex equo se habent ſm rōnem generis: licz ſm nāz rei vna spēs sit pncipalioz z pfectioz alia: sic̄ homo alys animalibus: sed quādo est diuisio alicuius analogi q̄ dicit̄ de pluribus ſm pus z posterius: tunc nihil phibz vnum esse pncipalius altero: etiā ſm cōmunem rōnem: sic̄ substātia pncipali⁹ dicit̄ ens: q̄z accidens: z talis est diuisio vtutum in diuersa genera vtutū: eo q̄ bonū rationis nō hz eundē ordinē inuenit̄ in oibus. ¶ Ad scōm dōm q̄ virtutes theologice sūt supra hoiem: vt supra dictum est: vñ non ppie dicunt̄ vtutes humane: sed suphumane vel diuine. ¶ Ad tertiū dōm q̄ alie virtutes intellectuales a pudentia z si sint pncipaliozes q̄z morales q̄tum ad subiectū: non tamē sūt pncipaliozes quātū ad rōnem virtutis: que respicit bonum quod est obiectum appetitus.

Ad secundum sic pcedit. Uidet q̄ nō sint q̄tuoz virtutes cardinales. Prudentia enim est directiua aliarū virtutū morali⁹: vt ex supra dictis pz: sed id q̄ō est directiuū aliorū pncipalius est: q̄ pz dictis pz: sed id q̄ō est directiuū aliorū pncipalius est: ergo prudētia sola est virtus pncipalis. ¶ P. Uirtutes pncipales sunt aliquo modo morales: sed ad opationes morales ordinamur per rōnem practicā z appetitum rectum: vt dī in. 6. ethi. ergo sole due virtutes cardinales sunt. ¶ P. Inter alias etiam vtutes vna est pncipalioz altera: sz ad hoc q̄ vtus dicat̄ pncipalis non regrit̄ q̄ sit pncipalis respectu oīum: sed respectu quarūdaz: ergo videt q̄ sint multe pncipales vtutes. ¶ Sed ɔ est q̄ō Greg. dic̄. in. z. moraliū. Jn quatuoz vtutib⁹ tota bona opis structura cōsurgit. ¶ Rñ⁰. dōm q̄ numerus aliquoz accipi pōt aut ſm pncipia formalia: aut hz subiecta: z vtroq; mō inueniunt̄ q̄tuor cardinales vtutes. Principiū. n. formale vtutis de q̄ nūc logmur: ē rōnis bonū: q̄ō q̄dē dupl'r pōt cōsiderari. Uno mō hz q̄ in ipsa cōsideratione rōnis ɔsistit: z sic erit vna vtus pncipalis que oī prudētia. Alio modo ſm q̄ circa aliq̄d ponit rōnis ordo: z hoc vel circa opationes: z sic est iustitia: vel circa passiões: z sic necesse est esse duas vtutes: ordinē. n. rōnis necesse est ponere circa passiones: cōsiderata repugnantis ipsarū ad rōnem: que quidez pōt esse dupl'r. Uno modo hz q̄ passio impellit ad aliquid ɔrium rōni: z sic necesse est q̄ passio rep̄mat̄: z ab hoc denominat̄ tempantia. Alio mō hz q̄ passio retrahit ab eo quod ratio dictat: sicuti timor pcu lozum vel laboz: z sic necesse est q̄ homo firmet̄ in eo q̄ō est rōnis ne recedat: z ab hoc denominat̄ fortitudo. Et sīr

ſm subiecta idem numerus inuenit̄. Quadruplex .minue

nitur subiectum huius virtutis: de qua nunc loquimur .s. rōnale per eētiam qō prudētia perfic: ⁊ rōnale per partipationē qō diuidit in tria. i. in volūtatē q̄ ē subm iustitie: ⁊ in ꝛcupiscibilez q̄ ē subm tēperātie: ⁊ in irascibilē q̄ ē subm fortitudinis. ¶ Ad pmū ergo dōz q̄ prudētia ē simplr pncipalioz oīb⁹: ſz alie ponunt pncipales vnaq̄q; i suo gñe. ¶ Ad scōm dōm q̄ rōnale p participationē diuidit i tria: vt dcm ē. ¶ Ad tertiū dōm q̄ oēs alie vtutes quaꝛ vna ē pncipalioz alia reducunt ad predictas quatuoꝛ ⁊ q̄tuz ad subm: ⁊ q̄tum ad rōnes formales.

Ad tertium sic pcedit. Videt q̄ alie virtutes magis debeāt dici pncipales q̄ iste. Jd. n. qō ē maximū in vnoquoq; gñe videt ee pncipalius: ſz magnanimitas operat magnū i oīb⁹ vtutib⁹: vt dr in. 4. ethicoꝛ. ergo magnanimitas maxie dz dici pncipalis virtus. ¶ P. Illud p qō alie vtutes firmant. videt ee maxie pncipalis vt⁹: ſz būilitas ē hmōi. Dic. n. Grego. q̄ qui ceteras vtutes sine būilitate ꝛgregat q̄si paleas i vētu portat. ergo būilitas videt ee maxime pncipalis. ¶ P. Illud videt esse maxie pncipale qō est pfectissimū: ſz boc ptinet ad patiētiā. ſm illud Jacobi pmo. Patiētia op⁹ pfectū habz. ergo patiētia dz poni pncipalis. ¶ Sz ꝫ ē q̄ Tulli⁹ in sua rhetoꝛica ad has q̄tuoꝛ oēs alias reduc. ¶ Rñ. dōm q̄ si cut supra dcm est: hmōi q̄tuoꝛ vtutes cardinales accipiū, i aligb⁹ actib⁹: vel passionib⁹ pncipalr inueniunt: sic bonuz iperio: nō aūt i ꝛsilio: neq; i iudicio: vt supra dcm ē. Silr āt pncipalr inenit i cōmutationib⁹ vel distributionib⁹: q̄ sūt ad alterz cū eq̄litate: bonū aūt refrenādi passiones pncipalr inenit i passionib⁹ q̄s maxime difficile ē reprimere. s. i delectationib⁹ tact⁹: bonū aūt firmitatis ad stādum in bono rōnis ꝫ ipetū passionū pcipue inenit i periculis mortis: ꝫ q̄ difficillimū ē stare. Sic igit pdictas q̄tuoꝛ vtutes dupliꝛ cōsiderare possum⁹. Uno mō ſm cōes rōnes formales: ⁊ ſm hoc dr pncipales q̄si gñales ad oēs vtutes: vtpote q̄ oīs vt⁹ q̄ fac bonuz i ꝛsideratiōe rōnis dicat prudētia. ⁊ q̄ oīs vt⁹ q̄ fac bonū debiti ⁊ recti i opationibus dicat iustitia: ⁊ oīs vt⁹ q̄ cohibz passiones ⁊ deprimit dicat temperātia: ⁊ tudo: ⁊ sic multi loquunt de istis vtutib⁹: tā sacri doctoꝛes q̄ philosophi: ⁊ sic alie vtutes sub ipsis ꝛtinent: Un cessant oēs obiectiōes. Alio vo mō pōt accipi ſm q̄ iste vtutes denominant ab eo q̄ ē pncipiū in vnaq̄q; mā: ⁊ sic sunt spāles vtutes ꝫ alias diuise: dr tñ pncipales respectu aliaruz pp pncipalitatē māe: puta q̄ prudētia dicat q̄ pceptiua ē iusti tia q̄ ē circa actiones debitas iter eq̄les: tēperantia q̄ reprimit cōcupiscentias delectationū tact⁹: fortitudo q̄ firmat ꝫ pericula mortis. Et sic et cessant obiectiones. q⁹ alie virtutes pōt hre aliq̄s alias pncipalitates: sed iste dr pncipales māe: vt supra dcm est.

Ad quartum sic pcedit. Videt q̄ q̄tuoꝛ pdicte vtutes non sint diuerse vtutes ⁊ adinuicē distincte. Dic. n. Grego. in. zz. moraliū. Prudētia vā nō ē q̄ iusta ⁊ tēperās ⁊ fortis nō ē: nec pfecta temperantia q̄ fortis iusta ⁊ prudēs nō ē: nec fortitudo integra: q̄ prudēs tēperans ⁊ iusta nō est. nec vā iustitia: q̄ prudens fortis ⁊ tēperās nō ē: boc āt nō cōtingeret si pdicte q̄tuoꝛ vtutes eēnt adinuicez distincte: diuerse. n. spēs eiusdē gñis nō denoiant seinuicē. ergo pdicte vtutes nō sunt abinuicē distincte. ¶ P. Eoꝛ que abinuicē sunt distincta: q̄ ē vni⁹ nō attribuit alteri: ſz illud q̄ ē tēperātie attribuit fortitudini. Dic. n. Ambros⁹ i pmo libꝛo de offi. Jure ea fortitudo vocat q̄ vnusq̄sq; seipm vincit: nullis illecebris emollit atq; iflectit. De tēperātia ēt dic q̄ modū vel ordinē seruat omniū que vel agenda vel dicēda arbitramur. ergo videt q̄ hmōi vtutes nō sunt adinuicē distincte. ¶ P. Philosoph⁹ dic in. z. ethicoꝛ: q̄ ad virtutē hec regrunt. Primū qdē si scies. deide si eligens. ⁊ si eligēs pter hoc qdē tertiū si firme ⁊ imobilr habeat ⁊ operat: ſz boꝛ pmuz videt ad prudētiā ptinere q̄ ē recta rō agibiliū. Scōm. s. eligere ad tēperātiā: vt aliqs nō ex passione: ſz ex electiōe agat passionib⁹ refrenatis. Tertiū vt aliqs pp debitū finē operet: rectitudinē quādā cōtinet: q̄ videt ad iustitiā ptinere aliud .s. firmitas ⁊ imobilitas ptinet ad fortitudinē. ergo quelibz harū virtutuz ēgñalis ad oēs vtutes. ergo nō distinguunt adinuicē. ¶ Sz ꝫ ē q̄ augu. dic in libꝛo de moꝛib⁹ eccleſie q̄ q̄dripartita dr vt⁹ ex ipsi⁹ amoꝛis vario affectu: ⁊ subiūgit de pdictis q̄tuoꝛ vtutib⁹. pdicte ergo q̄tuoꝛ vtutes sunt abinuicē distincte. ¶ Rñ. dōm q̄ sic supra dcm ē: pdicte q̄tuoꝛ vtutes dupliꝛ a diuersis accipiunt. quidā. n. accipiūt eas. put significat quasdā gñales cōditiones hūani animi q̄ inueniunt i oīb⁹ vtutib⁹: ita. s. q̄ prudētia nihil sit aliud q̄ quedam rectitudo discretiōis i gbuscūq; actib⁹ vel materijs. iustitia vo sit q̄dā rectitudo animi p quā bō opat q̄ dz in q̄cūq; mā: tēperātia vo sit q̄dā dispō animi q̄ modū gbuscūq; passionib⁹ vel opationib⁹ iponit ne vltra debitū efferant: fortitudo vo sit q̄dā dispō aie p quā firmet i eo q̄ ē ſm rōnē ꝫ quoscunq; iper⁹ passionū vel opationū labores. hec aūt q̄tuoꝛ sic distincta nō ipoꝛtāt diuersitatē habituum virtuosoꝛ q̄tum ad iustitiā: tēperātiā: ⁊ fortitudinē: cuilibet. n. virtuti morali: ex hoc q̄ est habit⁹ ꝛuenit q̄dā firmitas vt a ꝫrio nō moueat: qō dcm ē ad fortitudinē ptinere: ex hoc vo q̄ ē vt⁹: hz q̄ ordinet ad bonū i quo ipoꝛtat rō recti vel debiti. qō dicebat ad iustitiā ptinere i hoc vo q̄ ē vt⁹ moralis rōnē participās. hz q̄ modū rōnis i oīb⁹ seruet ⁊ vltra se nō extēdat: qō dicebat ptinere ad tēperātiā: solū aūt hoc qō ē discretionē hre qō attribuebat prudētie: videtur distingui ab alys trib⁹ iquātū hoc ē ipsi⁹ rōnis p essentiā. alia vo tria ipoꝛtāt quādā participatoez rōnis p modū applicationis cuiusdā ad passiones vel opationes. Sic igit ſm pdicta prudētia gdez eēt vt⁹ distincta ab alys trib⁹: ſz alie tres nō eēnt vtutes distincte abinuicē. Manifestū est .n. q̄ vna ⁊ eadez vt⁹: ⁊ ē habit⁹ ⁊ ē vt⁹: ⁊ ē moralis. Aly vo ⁊ meli⁹ accipiūt has q̄tuoꝛ vtutes ſm q̄ determinant ad mās spāles vnaq̄q; gdem illaꝛ ad vnā mām i q̄ pncipalr laudat illa gñalis ꝺditio a q̄ nomē vtutis accipit: vt supra dcm ē: ⁊ ſm hoc manifestū est q̄ pdicte vtutes sunt diuersi habit⁹ ſm diuersitatē obiectoꝛ distincti. ¶ Ad pmū ergo dōm q̄ Grego. logt de pdictis q̄tuoꝛ vtutib⁹ ſm pmam acceptionem. Uel pōt dici q̄ iste q̄tuoꝛ vtutes denoiant adiuicē p redūdātiā quādā: id. n. qō ē prudētie redūdat i alias virtutes iquātū a prudētia dirigunt. vnaq̄q; vo alia rū redundat i alias ea rōne q̄ q pōt qō ē difficili⁹ pōt: ⁊ id qō min⁹ ē difficile. vñ q pōt refrenare concupiscētias delectabiliū ſm tactū ne modū excedāt: qō ē difficillimum ex hoc ipso reddit babilioꝛ vt refrenet audaciam i periculis mortis: ne vltra moduz pcedat qō ē lōge facili⁹. ⁊ ſm boc fortitudo dr tēpata. tēpantia ēt dr fortez ex redūdātia fortitudinis i tēperātiā: iquātū. s. ille q̄ p fortitudinē hz animū firmū ꝫ picula mortis: qō ē difficillimū: ē babilioꝛ vt retineat aī firmitatē ꝫ ipet⁹ delectationū. q⁹ vt d Tullius in pmo de officijs. Nō ē ꝛsentaneū vt qui metu nō frāgit: cupiditate frāgat: nec q̄ inictū se a laboꝛe pstiterit. vincia voluptate aliq̄n possit. Et p hoc ēt pz rūsio ad scōm. Sic. n. tēperātia i oīb⁹ modum seruat: ⁊ fortitudo ꝫ illecebras voluptatum animum seruat iflexum: vel iquātum iste virtutes denominant quasdā gñales cōditiones virtutū vel p redundātiā pdictā. ¶ Ad tertiū dōm q̄ ille q̄tuoꝛ gñales virtutū ꝺditōes q̄s ponit phs nō sunt ppie pdictis virtutib⁹: ſz possunt eis appropriari ſm modum iam dcm.

Ad quintum sic proceditur. Uidetur q̄ incōueniēter huiusmodi quatuor vtutes diuidant̄ i vtutes exēplares: purgati animi: purgatorias: & politicas. Ut.n. Macrobi⁹ dic̄ i.2. sup somniū Scipionis. vtutes exēplares sunt q̄ i ipsa diuina mēte cōsistūt: sz phs i io. ethicox dic̄: q̄ ridiculū ē deo iustitiā: fortitudinez: tēperātiam: & prudētiā attribuere. ergo vtutes hmōi nō pūt eē exēplares. ¶ P. Uirtutes purgati animi dr̄ q̄ sunt absq; passionib⁹. Dic̄.n. ibidē Macrobi⁹ q̄ tēperātie purgati animi ē terrenas cupiditates nō reprimere: sz penit⁹ obliuisci. fortitudinis āt passiones ignorare: nō vincere: de m̄ ē āt supza q̄ hmōi vtutes sine passionibus eē nō pūt. ergo hmōi vtutes purgati animi eē non pūt. ¶ P. Uirtutes purgatorias dic̄ eē cox q̄ q̄dā hūanox fuga solis se iserūt diuinis: sz hoc videt̄ eē vitiosum. Dic̄.n. Tulli⁹ i pmo de officys: q̄ despicere se dicūt ea q̄ plerīq; mirant̄. s. īperia & magistratus: his nō mō laudi. verūetiam vitio dāduz puto. ergo nō nō sunt alique virtutes purgatorie. ¶ P. Uirtutes politicas eē dic̄. q⁹ boni viri reipublice cōsulūt: vrbesq; tuent̄: sz ad bonū cōe sola iustitia legalis ordinat̄: vt phus dic̄ i. 5. ethicox. ergo alie vtutes nō debēt dici politice. ¶ Sz cōtra ē q̄ Macrobi⁹ ibidē dic̄ Plotin⁹ iter phie pfessores cum Platone pnceps. Quatuor sunt igt quaternax gña vtutū ex his pme politice vocant̄ scōe purgatorie: tertie āt iā purgati animi. q̄rte exēplares. ¶ R̄n°. dom q̄ sic̄ augustinus dic̄ i libro ō morib⁹ ecclesie. Oz q̄ aia aliq̄d sequat̄ ad hoc q̄ ei possit vt⁹ inasci. & hoc de⁹ est quē si segmur bene viuimus. Opz igr̄ q̄ exēplar hūane vtutis in deo p̄existat: sic̄ & in eo p̄existūt oīum rexp rōnes. Sic igit̄ virt⁹ pōt considerari: vel put est exēplariter i deo: & sic dr̄ vtutes exēplares: ita. s. q̄ ipsa diuina mēs i deo dicat̄ prudētia: tēperātia vo ꝓuersio diuine intentionis ad seipm sic̄ i nobis tēperātia dr̄ p hoc q̄ ꝓcupiscibilis conformat̄ rōni: fortitudo āt dei ē ei⁹ imutabilitas: iustitia vo dei ē obseruatio legis eterne i suis opib⁹: sic̄ Plotin⁹ dixit. Et q̄ hō fm suam nām ē aial politicuz: vtutes hmōi put i hoie existūt: fm cōditionē siue nāe politice vocant̄: put. s. hō fm has vtutes recte se habz i reb⁹ humanis gerēdis fm quē modū bacten⁹ de his virtutib⁹ locuti sum⁹. Sz q̄ ad hoiem ptinet vt ēt ad diuina se trahat q̄ztum pōt: vt ēt phus dic̄ in io. ethicox: & hoc nobis i sacra scriptura cōmēdat̄ multipl̄r. vt ē illud Matth. 5. Estote pfecti sic̄ & pater vester celestis pfect⁹ est necesse ē ponere quasdā vtutes medias iter politicas: q̄ sunt virtutes hūane & exēplares: q̄ sunt virtutes diuine: q̄ qdem virtutes distinguunt̄ fm diuersitatē mot⁹ & termini: ita. s. q⁹ q̄dam sūt virtutes trāscēdētiū: & i diuinā similitudinē tēdētiū & he vocant̄ virtutes purgatorie: ita. s. q⁹ prudētia oia mūdana diuinoruz ꝓtemplatione despiciat: oēmq; aie cogitationē i diuina sola dirigat. temperātia vero relinquat iquātum nā patit̄ q̄ corporis vsus regit̄: fortitudinis āt est vt aia nō terreat̄ pp recessum a corpore: & accessum ad superna: iustitia vero ē vt tota aia cōsentiat ad hmōi ppositi viā Quedā vero sūt virtutes iam assequētiū diuinā similitudinem: q̄ vocant̄ virtutes iā purgati animi: ita. s. q⁹ prudētia sola diuina intueat̄ tēperātia: terrenas cupiditates nesciat. fortitudo passiones ignoret: iustitia cū diuina mēte perpetuo federe societ̄. eā. s. imitādo: quas qdē virtutes dicim⁹ eē beatox: vl aliquox i bac vita pfectissimox. ¶ Ad pmū ergo dom q⁹ phus logr̄ de his virtutibus fm q⁹ sunt circa res hūanas: puta iustitia circa emptiones vel venditiones: fortitudo aūt circa timores: temperātia circa cōcupiscentias. sic.n. ridiculū ē eas deo attribuere. ¶ Ad scom dom q⁹ virtutes hūane sunt circa passiones. s. virtutes hominū in hoc mūdo ꝓuersantiū: sz virtutes eox q̄ plenaz beatitudinē assequunt̄ sunt absq; passionib⁹. Unde Plotin⁹ dicit q⁹ passiones politice virtutes molliūt. i. ad mediū reducūt secunde. s. purgatorie auferunt: tertie que sunt purgati animi obliuiscunt̄: quartas. s. exemplares nefas ē nominari: q̄uis dici possit q⁹ loquit̄ hic de passionibus fm q⁹ significant aliquos iordinatas mot⁹. ¶ Ad tertiū dom q⁹ vtere res humanas vbi necessitas īponit̄ vitiosum est: alias ē virtuosum. vñ pax supra Tulli⁹ pmittit. Dis forsitan concedēdum est rēpublicam nō capescētib⁹ q excellēti ingenio doctrine se dederūt: & his q aut valitudinis ībecilitate: aut aliqua grauiori cā ipediti a republica recesserūt: cū eis administrāde potestatez alys laudēq; ꝓcederēt. qō ꝓsonat ei qō laugu. dic̄. 19. de ci. dei. Ocium sanctū querit charitas veritatis: negocium iustū suscepit necessitas charitatis. quasi sarcinam si nullus īponit pcipiēde atq; ituende vacādum ē veritati: si aūt īponit̄ suscipiēda ē pp charitatis necessitatem. ¶ Ad quartū dom q⁹ sola iustitia legalis directe reſpic̄ bonū cōe: sz p iperium oēs alias virtutes ad bonū cōe trahit vt i. 5. ethicox dic̄ phus. Est.n. ꝓsiderāduz q⁹ ad politicas virtutes fm q⁹ hic dr̄. ptinet nō solum bn̄ operari ad cōe: sed etiam bene operari ad partes cōis. s. ad domum vel aliquam singularem personam.

LXII.

¶ Questio.

Deinde cōsiderādum est de virtutibus theologicis. ¶ Et circa hoc querunt̄ quatuor. Primo vtrum sint alique virtutes theologice. Secdo vtrox virtutes theologice distinguant̄ ab intellectualib⁹ & moralib⁹. Tertio quot & que sint. Quarto de ordine earū.

Ad primum sic procedit̄. Uidet̄ q⁹ nō sint aliq̄ virtutes theologice. Ut.n. dr̄. 6. ethi. virt⁹ est dispō pfecti ad optimū. dico aūt pfectū q̄ bene dispositum fm nām: sz id q̄ est diuinuz est supra nām hominis. ergo virtutes theologice nō sunt virtutes hominis. ¶ P. Uirtutes theologice dr̄ quasi virtutes diuine. sed virtutes diuine sunt exēplares: vt dctm est: q̄ qdem nō sūt in nobis: sz in deo. ergo virtutes theologice nō sunt virtutes hominis. ¶ P. Uirtutes theologice dr̄ q⁹ ordinamur in deum. q̄ est pmum pncipium & vltim⁹ finis: sed homo ex ipsa nā rōnis & volūtatis hz ordinem ad pmum pncipium: & ad vltimum finem: nō ergo requirunt̄ aliqui habitus virtutum theologicarum q⁹ rō & volūtas ordinatur in deum. ¶ Sed cōtra est q̄ dō ꝓcepta legis sunt de actibus virtutum: sed de actibus fidei: spei. & charitatis dant̄ ꝓcepta in lege diuina. Dr̄.n. Ecclesia. z. Qui timetis deum credite illi. Item sperate in illum. Item diligite illum. ergo fides: spes: & charitas sunt virtutes in deum ordinātes. sunt ergo theologice. ¶ R̄n°. dom q⁹ per virtutem perficit̄ homo ad actus quibus in beatitudinem ordinat̄: vt ex supra dictis pz: est aūt duplex hominis beatitudo siue felicitas: vt supra dctm est. Una quidez proportionata humane nāe: ad quam. s. homo peruenire pōt per pncipia siue nāe. Alia autem est beatitudo nām hominis excedens ad quā homo sola diuina virtute peruenire pōt fm quandam diuinitatis participationem fm q⁹ dr̄. 2. Pe. 2. q⁹ per xpm facti sumus consortes diuine nāe. Et q̄ hmōi beatitudo proportionem humane nāe excedit pncipia nālia hominis ex quibus pcedit ad bene agendum: fm suam ꝓportionem non sufficiūt ad ordinandum hominem in beatitudinem predictam. vnde opz q⁹ superaddant̄ homini diuinit⁹ aliqua pncipia per que ita ordinet̄ ad beatitudinem supernā lem: sic̄ per pncipia nālia ordinant̄ ad finem connālem: nō tamen absq; adiutorio diuino: & huiusmodi pncipia virtutes dr̄ theologice: tamen q̄ habent deum p̄ obo iquātum per eas recte ordinamur in deum: tum q̄ a solo deo nobis infundunt̄: tum quia a sola diuina reuelatione in sacra scriptura huiusmodi virtutes traduntur. ¶ Ad pmum ergo

dicendū q̄ aliqua natura.pōt attribui alicui rei dupliciter. Uno mō eēntialr:ꝛ sic buiusmodi vtutes theologice excedūt hoīs nāz.Alio mō pticipatiue:sic̄ lignū ignitū pticipat ignis:ꝛ quodāmō fit hō particeps diuine nāe: vt dictū est.ꝛ sic iste vtutes ꝯueniūt hoī fz naturā pticipatā. ¶ Ad scōm dōm.q̄ iste vtutes nō dicunt diuine sic̄ q̄bus deꝰ fit virtuosus:fz sicut q̄bus nos efficimur vtuosi a deo:ꝛ i ordine ad deū: vñ nō sunt exēplares fz exēplate. ¶ Ad tertiuz dōz.q̄ ad deū nāliter rō ꝛ volūtas ordinat̄ ꝑ principiū ꝛ finis:fm tñ ꝓportōez nature:fz ad iꝑm fm q̄ est obiectū beatitudinis supernaturalis ratio ꝛ voluntas fm suā naturā non ordinant̄ sufficienter.

Ad secundum sic ꝓcedit. Uidet̄ q̄ virtutes theologice nō distinguant̄ a moralib⁹ ꝛ intellectualib⁹. Uirtutes.n.theologice si sunt in aia parte appetitiua:fz virtutes q̄ ꝓficiūt fm partē intellectiuā dicunt̄ intellectuales:virtutes aūt que ꝓficiūt parte appetitiua sunt morales: ergo virtutes theologice nō distiguunt̄ a virtutib⁹ moralib⁹ ꝛ intellectualib⁹. ¶ ℙ. virtutes theologice dr̄ q̄ ordināt nos ad deū:fz iter intellectuales virtutes est aliqua q̄ ordinat nos ad deū.s.sapiētia q̄ est de diuinis:ypote cām altissimā ꝯsiderās:ergo virtutes theologi ce ab intellectualib⁹ virtutib⁹ nō distiguunt̄. ¶ ℙ.Aug. in lib.de moꝛib⁹ eccl̄ie manifestat in quatuoꝛ virtutib⁹ cardinalib⁹ q̄ sunt ordo amoris: fz amoꝛ est charitas q̄ ponit̄ virtus theologica.ergo virtutes morales nō distinguunt̄ a theologicis. ¶ Sz cōtra.id q̄ est supra nāz hoīs distiguit̄ ab eo q̄ est fm nāz hoīs:fz virtutes theologice sunt super nāz hoīs:cui fm nāz cōueniūt virtutes intellectuales ꝛ morales:vt ex supradcis pz.ergo distiguunt̄ abinicē. ¶ Rñ deꝰ dōm.q̄ sicut supra dcm̄ est.habit⁹ spē distinguunt̄ fm formalē dr̄iaz obiectoꝝ: obiectū aūt theologicaꝝ virtutū est ipe deus q̄ est vltimꝰ rex finis: ꝓput nr̄e rōnis cognitionez excedit.oēm aūt virtutū intellectualiū:ꝛ moraliū est aliqd q̄ humana rōne ꝯprehendi pōt: vñ virtutes theologice spē distinguunt̄ a moralib⁹ ꝛ intellectualib⁹. ¶ Ad ꝑmuz ergo dōm.q̄ virtutes intellectuales ꝛ morales ꝓficiūt intellectū ꝛ appetitū hoīs fm ꝓportōez nāe humane:fz theologice supernaturalr. ¶ Ad scōz dōm.q̄ sapia que a ꝑhō ponit̄ intellectualis virꝰ ꝯsiderat diuina fm q̄ sunt inuestigabilia rōne humana:sed theologica virꝰ est circa ea fz q̄ rōnez humanā excedūt. ¶ Ad tertiū dōz q̄ lz charitas sit amoꝛ:nō tñ oīs amoꝛ est charitas.Cum ergo dr̄ q̄ oīs virꝰ est ordo amoris:pōt itelligi vel de amoꝛe cōiter dicto:vel de amoꝛe charitatis.si de amoꝛe ꝯuniter dicto sic dicitur quelibet virꝰ esse ordo amoris:inq̄tū ad q̄libz cardinaliū virtutū regrit̄ ordinata affectio:oīs aūt affectionis radix: ꝛ ꝑncipiū ē amoꝛ:vt supra dcm̄ est:si aūt itelligat̄ de amoꝛe charitatis:non dat̄ ꝑ hoc itelligi q̄ quelibz alia virꝰ essentialr sit charitas:sed q̄ omnes alie virtutes aliqualiter a charitate dependeant:vt infra patebit.

Ad tertium sic ꝓcedit. Uidet̄ q̄ inconuenienter ponant̄ tres virtutes theologice:fides:spes:ꝛ charitas. Uirtutes.n.theologice se hūt in ordine ad beatitudinē diuinā:sic̄ inclinatio nāe ad finē ꝯnaturalē ponit̄ vna sola virꝰ naturalis.s.intellectus ꝑncipioꝝ.ergo dz poni ꝓfectiones virtutib⁹ intellectualib⁹ ꝛ moralib⁹: sed iter intellectuales virtutes fides nō ponit̄:sed est aliqd min⁹ virtute:sicr aūt inter virtutes morales nō ponit̄ spes:fz est aliqd min⁹ virtute cū sit passio.ergo multo min⁹ debēt poni virtutes theologice. ¶ ℙ. virtutes theologice ordināt animā hoīs ad deū:sed ad deū nō pōt aia hoīs ordinari nisi per intellectiuā partez in q̄ est intellect⁹ ꝛ volūtas, ergo nō debēt eē nisi due virtutes theologice:vna q̄ perficiat intellectum: alia q̄ ꝓficiat volūtatē. ¶ Sed ꝯ est q̄ Apl's dic̄.i.ad Coꝛ. 13°. Nūc aūt manent fides:spes:charitas:tria hec. ¶ Rñ deꝰ dōz q̄ sic̄ supra dcm̄ est. virtutes theologice hoc modo ordinant hoīez ad beatitudinē supnaturalē.sic̄ per nāles inclinatōez ordinat̄ homo in finē sibi ꝯnaturalē: hoc aūt ꝯtingit fm duo. ℙrimo q̄dez fm rōnez vel intellectum inq̄tū ꝯtinet ꝑma ꝑncipia vlia cognita nobis ꝑ naturale lumē intellectus ex q̄bus ꝓcedit rō taz in speculādis q̄z in agēdis. Scōo per rectitudinē volūtatis nāliter tendentis in bonū rōnis.Sed hec duo deficiūt ab ordine beatitudinis supernaturalr:fm illō.i.ad Coꝛ.2. Oculus non vidit:ꝛ auris nō audiuit:ꝛ in coꝛ hoīs non ascēdit que ꝑparauit deꝰ diligentib⁹ se.vnde opoꝛtuit q̄ q̄tum ad vtrūq̄ aliqd hoī supnaturalr adderet̄:ad ordinandū iꝑm in finē supnaturalē. Et ꝑmo q̄dez q̄tuz ad intellectū addunt̄ hoī q̄daz ꝑncipia supnaturalia q̄ diuino lumīe capiunt̄:ꝛ hec sunt credibilia:de q̄bus est fides.Scōo vero est volūtas q̄ ordinat̄ in illū finē:ꝛ q̄tum ad motū intentōis in iꝑm tendentē: sic̄ in id q̄ō est ꝓle ꝯseq:q̄ ꝑtinet ad spem:ꝛ q̄tuz ad vnionē q̄dam spūalez ꝑ quā quodāmō trāsformat̄ in illū finez:q̄ō fit per charitatez.appetit⁹.n. vniuscuiusq; rei naturalr mouet̄:ꝛ tēdit in finē sibi ꝯnālez:ꝛ iste motꝰ ꝓuenit ex q̄dā ꝯformitate rei ad suū finē. ¶ Ad ꝑmuz ergo dōz q̄ intellectꝰ idiget spēbus intelligibilib⁹ per q̄s intelligat:ꝛ iō oz q̄ in eo ponat̄ aliqs habitus nālis supaddit⁹ potētie:sed ipa natura voluntatis sufficit ad naturalē ordinē in finē:siue q̄tuz ad intentionē finis:siue q̄tuz ad ꝯformitatez ad ipz: fz in ordie ad ea q̄ supra naturā sunt ad nihil hoꝝ sufficit natura potētie:ꝛ iō oz fieri supadditōez habit⁹ supnaturalr q̄tuz ad vtrūq;. ¶ Ad scōz dōm.q̄ fides:ꝛ spes iperfectōez quādam ipoꝛtant:qz fides est de his q̄ non vident̄:ꝛ spes de his q̄ nō habent̄.vñ hr̄e fidem:ꝛ spez de his q̄ subdunt̄ humane ptāti defic̄ a rōne virtutis:fz hr̄e fidez ꝛ spez de his q̄ sunt supra facultatē nāe humane excedit oēz virtutē hoīs ꝓportiōatā fm illō.i.ad Coꝛ.1.Ex ifirmū est dei fortꝰ est hoīb⁹. ¶ Ad 3ᵐ dōm q̄ ad appetitū duo ptinēt.s.motꝰ in finē:ꝛ ꝯformatio ad finez ꝑ amorez:ꝛ sic opz q̄ in appetitu humano due virtutes theologice ponant̄.s.spes ꝛ charitas.

Ad quartum sic ꝓcedit. Uidet̄ q̄ nō sit hic ordo theologicaꝝ vtutū q̄ fides sit ꝓꝛ spe:ꝛ spes ꝓꝛ charitate. Radix.n.est ꝓꝛ eo q̄ē ex radice:fz charitas est radix oīuz vtutū:fm illō ad Eph.3. In charitate radicati ꝛ fūdati. ergo charitas ē ꝓꝛ alys. ¶ ℙ Aug.dic̄ in ꝑmo d̄ doc.xp̄iana. Nō pōt aliqs diligere q̄ē nō crediderit:ꝓꝛo si credit ꝛ diligit bñ agēdo effic̄:vt etiaz speret.ergo videt̄ q̄ fides ꝓcedat charitatē:ꝛ charitas spez ¶ ℙ.Amoꝛ ē ꝑncipiū oīs affectōis.vt supra dcm̄ ē:fz spes noīat quādā affectōez:ē.n.q̄dā passio.vt supra dcm̄ ē.ergo charitas q̄ ē amoꝛ ē ꝓꝛ spe. ¶ Sz ꝯ ē ordo quo Apl's ista enumerat dicēs. Nūc autem manēt fides:spes:ꝛ charitas. ¶ Rñ deꝰ dōm.q̄ duplex ē ordo.s.gr̄ationis ꝛ pfectōis. Ordine q̄dez gr̄atōis quo mā est ꝓꝛ forma:ꝛ iperfectū perfecto:in vno ꝛ eodē fides ꝓcedit spem:ꝛ spes charitatē scōm actus:naz habit⁹ simul infundunt̄.non.n.pōt in aliqd motꝰ appetitiuꝰ tēdere:vel spando.vel amādo:nisi q̄ est apprehensuz sensu aut intellectu:per fidē aūt apprehendit intellectus ea q̄ sperat ꝛ amat:vñ oz q̄ ordine gr̄atiōis fides ꝓcedat spem ꝛ charitatē.Silr aūt ex hoc hō aliqd amat q̄ apꝑhendit illō:vt bonū suū: ꝑ hoc aūt q̄ hō ab aliquo sperat se bonū ꝯseq posse:reputat iꝑm i quo spem hz quoddā bonū suum:vñ ex hoc ipso q̄ hō sperat de aliquo: ꝓcedit ad amādū iꝑm.ꝛ sic ordine gr̄ationis fm actꝰ spes ꝓcedit charitatē.Ordine vo pfectionis charitas ꝓcedi ꝛ fidē ꝛ spem: eo q̄ tā fides q̄z spes ꝑ charitatē formant̄:ꝛ pfectionē vtutis acgrit:sic.n. charitas ē mater oīum vtutū ꝛ radix iquā

tū est oīum vtutū forma. vt ifra dicet. Et p hoc pz rūsio ad primum. ¶ Ad scōm dicendum: q Augustinus loquitur de spe: qua qs sperat ex meritis iā habitis se ad beatitudinē peruenturū: qō est spei formate que segt charitatez: pōt aūt aliqs sperare antecq̄ hēat charitatē nō ex meritis q̄ iaz hz: sz que sperat se habiturū. ¶ Ad tertiū dōz: q sicut supra dctm est: cum de passionib⁹ ageret: spes respicit duo. Unuz qdem sicut pncipale obz. s. bonū qō sperat: t respectu hui⁹ semp amor pcedit spez: nunq̄ enī sperat aliqō bonum nisi desideratū t amatū. Respicit et spes illū a quo se spat posse ꝓseq bonū: t respectu huiusmodi. primo qdez spes p̄cedit amorē q̄uis postea ex ipso amore spes augeat. p hoc. n. q aliqs reputat p aliquē se posse ꝓseq aliqō bonū: icipit amare ipz: t ex hoc ipso q ipz amat: postea fortⁱ de eo sperat.

Questio. LXIII.

DEinde ꝓsiderādū est de cā virtutū ¶ Et circa hoc q̄runt q̄tuor. Primo vtr virtus sit in nobis a nā. Scōo vtr aliqua vtus causet in nobis ex assuetudine ope. Tertio vtrū aliq vtutes morales sint in nobis p ifusionē. Quarto vtr virtus quā acgrim⁹ ex assuetudine ope sit eiusdē spēi cuz virtute ifusa.

Ad primum sic pcedit. Uidet q vtus sit in nobis a nā. Dic. n. Damascen⁹ in tertio libro. Naturales sunt vtutes t equalr insunt oībus. Et Antonius dic in sermone ad monachos. Si nām volūtas mutauerit puersitas est: ꝓdutio seruet t virt⁹ est. Et Matthei q̄rto sup illō. Circuibat Jesus tc. dicit glosa. Docet naturales vtutes. s. institiā: castitatē: humilitatē: q̄s naturalr hz bō ¶ P̄. Bonū virtutis est fz rōnez eē: vt ex dictis pz. sz id qō est fz rōnē est boī nāle cuz rō sit boīs natura. ergo virtus iest boī a natura. ¶ P̄. Illud dicit esse nobis nāle qō nobis a natiuitate iest: sed vtutes gbusdaz a natiuitate isunt. Dicit. n. Job. 31. Ab ifantia creuit mecuz miseratio: t de vtero egressa est mecū. ergo vtus iest boī a nā. ¶ Sed ꝓtra. id qō iest boī a natura est oībus boībus cōe: t non tollit per pctm: qz et in demonib⁹ bona nālia manēt: vt Dyonisius dicit. in. 4. ca. de diui. no. sed vtus nō inest oībus hominibus. t abycit per peccatū. ergo nō inest boī a natura. ¶ Rñ⁰ dōz. q circa formas corpales alig dixerūt q̄ sunt totalr ab itrinseco: sic ponētes latitatiōez formaꝝ. alig vo q totalr sint ab extrīseco sicut ponētes formas corporales esse ab aliq̄ causa sepata: alig vero q parti sint ab itrinseco inq̄tuz. s. pexistūt in mā in potētia: t parti ab extrīseco: inquātū. s. reducunt ad actū per agēs. Ita et circa scias t virtutes alig qdem posuerūt eas totalr esse ab itrinseco. ita. s. q oēs virtutes: t scie naturalr pexistūt in aīa: sed p disciplinā t exercitiū ipedimēta scie t vtutis tollunt: que aduenīunt aie ex corpis grauitate: sicut cū ferꝝ clarificat per limationē: t hec fuit opīo platonicoꝝ. Alij vero dixerūt q sunt totalr ab extrīseco. i. ex ifluentia itelligētie agentis: vt ponit Auicēna. Alij vero dixerūt q fm aptitudinē scie t vtutes sunt in nobis a nā: nō aūt fm pfectōez: vt phs dicit in scō ethicoꝝ. t hoc verⁱ⁹ est. Ad cuius manifestatiōez oz ꝓsiderare q aliqd dr alicui boī naturale duplr. vno mō ex natura spēi. alio mō ex nā indiuidui. Et qz vnūqq̄q hz speciem fm suaz formā: idiuiduat vero fm materiā: forma vo boīs est aīa rōnalis: materia vo corpus. Ideo id qō cōuenit boī fm aīam rōnalem: est ei nāle fm rōnem spēi: id vero qō est ei naturale fm determinatā corporis ꝓplexionē: est ei naturale fm nām idiuidui. qō. n. est nāle boī ex pte corporis fm spēm quodāmodo refert ad aīaz: inq̄tum. s. tale corp⁹ est tali aīe ꝓportionatū. vtroq̄ aūt modo virtus est boī naturalis fm quādaz ichoationē: fz quidē naturā spēi inq̄tū in rōne boīs insunt naturalr q̄dam p̄ncipia naturalr cognita: tam scibiliū q̄ agendoꝝ: que sunt q̄dam seminaria itellectualiū virtutū t moraliū: t inq̄tū in voluntate iest qda naturalr appetit⁹ boni qō est fm rōnem: fm vero naturam idiuidui inq̄tuz ex corporis dispōne alig sunt dispositi: vt melius: vel peius ad q̄sdam vtutes: put. s. vires q̄daz sensitiue actus sunt quarundā partiuz corporis: ex q̄ꝝ dispōne adiuuant vel ipediunt huiusmodi vires in suis actibus: t per ꝓns vires rōnales gbus huiusmodi sensitiue vires deseruiūt: t fm hoc vnus hō hz naturalē aptitudinē ad scias: alius ad fortitudinē: alius ad temperantiā: t his modis tā virtutes itellectuales q̄ morales fm quandā aptitudinis ichoationē sunt in nobis a natura: nō aūt ꝓsumatio eaꝝ: q natura determinat ad vnū: ꝓsumatio aūt huiusmodi virtutū non est fm vnū modū actionis: sed diuersimode fm diuersas mās in gbus virtutes operant: t fm diuersas circunstātias. Sic ergo pz q virtutes in nobis sunt a natura fm aptitudinē t inchoatiōez: non aūt fm pfectionē preter ꝓpositum. Et per hoc pz rūsio ad obiecta. Naz p̄me due rōnes p̄cedūt fm q sēmina virtutum insunt nobis a natura inq̄tuz rōnales sumus. Tertia vero rō p̄cedit fm q ex naturali dispōne corporis quā hz ex natiuitate: vn⁹ hz aptitudinē ad misericordiā: alius ad tēperate viuendū: alius ad aliā virtutē.

Ad secundum sic pcedit. Uidet q virtutes i nobis causari ñ possint ex assuetudine opeꝝ: qz sup illud Ro. 14. Omne qō nō est ex fide peccatū est. dicit glosa. Aug. Dis in fidelīū vita peccatū est: t nihil est bonū sine summo bono. vbi. n. est cognitio veritatis falsa est virtus: et in optimis moribus. sz fides nō pōtest acgri ex operib⁹: sed causat in nobis a deo: fm illō Eph. 2. Gratia estis saluati per fidez. ergo nulla vtus pōt in nobis inquiri ex assuetudine opeꝝ. ¶ P̄. Peccatum cū ꝓtrietur virtuti non ꝓpatitur secū virtutē. sed homo nō potest vitare peccatū nisi per gratiā dei: fz illud Sap. 8. Didici q nō possum eē aliter cōtinens nisi deus dederit. ergo nec virtutes alique possunt in nobis causari ex assuetudine operum: sed solum dono dei. ¶ P̄. Actus qui sunt sine virtute dicunt a pfectione virtutis: sz effectus non pōt esse pfectior causa. ergo virt⁹ non potest causari ex actibus p̄cedētib⁹ virtutē. ¶ Sz ꝓtra est qō Dionysius dicit. 4. capitulo de diuinis noīb⁹. q bonum est virtuosius q̄ malū: sz ex malis actib⁹ causant habitus vitioꝝ. ergo multo magis ex bonis actibus possunt causari habitus virtutū. ¶ Rñ⁰ dicendum q de generatione habituū ex actib⁹ in generali supra dctm est: nunc aūt specialiter quātum ad virtutē considerandum est q sicut supra dictū est: virtus boīs perficit ipz ad bonum: cum aūt ratio boni ꝓsistat in modo: specie. t ordine. vt Augustinus dicit in libro de natura boni: sīue i numero: pōdere: t mēsura: vt dicit Sap. xi. oporteat q bonus homo sit aliquam regulā cōsiderentur: que quidez est duplex. vt supra dictū est. s. rō humana: t lex diuina. Et qz lex diuina est superior regula: ideo ad plura se extendit: in q quicqd regulatur rōne humana: regulatur etiā lege diuina: sz non conuertitur. Uirtus igit hominis ordinata ad bonum qō modificat fm regulā rationis humane: potest ex actibus humanis cāri inquantū huiusmodi actus pendunt a rōne: sub cuius potestate: t regula tale bonū ꝓsistit: virtus vero ordinās hominē ad bonū fm q̄ modificatur per legē diuinā. t non per rōnez humanā: nō potest causari per actus humanos: quoꝝ p̄ncipiuz est ratio: sed causat solum in nobis per operatōez diuinā: t ideo huiusmodi virtutem diffiniēs Augu. posuit in diffinitiōe virtutis. quam deus in nobis sine nobis operat. Et de huiusmodi etiā virtute ꝓma rō p̄cedit. ¶ Ad scōm dicendū q virtus diuinitus ifusa maxime si in sua pfectione ꝓsideret: non ꝓpatit secum aliqō peccatū mortale: sed virtus humanit⁹ acgsita

